Cepas ter foſſo ſolo ſeri iubent: extirpati radicibus herbarū: Iugero denas libras. Intermisteri fatureiam, quontiam melius pro ueniat. Runcari preterea & farriri ſi non ſepius quater. Semē cē partum iugrē cere incipiēs, anteq; marcescat metunt. De porro idē. Allium asperi ſaporis, & quo plures miclei fuere asperius. Alliū tedium halitu affert: vt cepe nullum tamen coctum. Inter grana que inſeruntur, iiiii, digiti eſſe debent: ſimul atq; tria folia erupere: ſarriri. Grandescunt quo ſepius ſarruntur. Maturescētiū caules ad terram depreſſi obruuntur. Ita cauetur: ne in fronte luxurient. In frigidis utriusque vere ſeri q; autūno. Cetes tum vt odore careant omnia hec: iubētur ſeri cum ſub terra luna ſit, colligi cum in coitu. Allium edentibus ſi radicem bete in prūna toſtam ſuperedant: odorēm extingui. Allium & ſemine pro uenit, ſed tarde. Primo enim anno porri crassitudine capite effici tur, ſequenti diuiditur, tertio consummatur. Intorquēt caulis vt caput validius fiat. Quod ſi allium cepere: diutius inuetera ri libeat: aqua falſa tepida capita intingenda ſunt. Ita diuturniora fiuent meliora q; yſui, ſed in ſatu sterilia.

Alii contenti sunt primo super primas suspendisse, sic non geminat. Alium in arulis sponte nascentes alium vocant: quod aduersus improbitatem alitum semina depascentium: coctum ne renasci possit abicitur, statimque que deuorauerunt aues stupentes manu captiuntur. Et si paulum commoraue et resopite.

Ca. vii. quanto die quoque herbe nascantur sate

Norto satorum celerrime nascuntur ocimum blitum; napsus, eruca. Tertio enim die erumpunt. Anetum quarto, lactuca quinto, raphanus sexto, cucumis & cucurbite septimo, prorsus cucinis. Nasturciu ac sinapis quinto, estate sexto, hie me decimo, atriplex cepe, xix, aut vicesimo. Omnium difficilissime apium quadragesimo die cum celerrime emergit. Aliquid & seminum etas confert quoniam recentiora maturius gignuntur: in porro gencio, cucumere, cucurbita. Ex vetere autem celerius veniunt apium, beta, cardanum, origanum, coriandrum. Miru in bete semine; non enim tota eodem anno gignit; sed aliquid sequete; aliqui tertio. Itaque ex copia seminis modice nascit. Quedam anno tantum suo pariunt, quidam sepius: sicut apium, porrui, getium. Hec enim semel sata pluribus annis restibili fertilitate pueniunt. Nichil oculi secundius: cum maledictis aut perbris serendū precipiant: letius proueniet. Satu etiam pascitur terre adacta, cuminum & qui serunt precantur ne exeat. Que in cortice sunt: difficultate maturescunt, maximeque meliora nascuntur aceruatim sato semine quam sparsa. Ita certe porrum & allium serunt in lacunis colligatum. Apium etiam passilio cauenient a facta & fimo ingesto.

Quedam semine & surculo nascuntur ut origanum ruta, ocimum, precidunt enim & hoc cum puenit ad palme magnitudinem. Quidam & radice & semine, ut cepa, bulbi, allium. Caule reciso oia fere regerminant exceptis que non scabrum caulem habent. Est in usu vero ocimum raphanus lactuca, hanc etiam suauiorē putant regerminatio ne. Raphanus utique iocundior detractis foliis anteque decanlescat. Hoc & in rapis. Nam & eadem direptis foliis coopta terra crescunt durantque estate. Singula genera sunt ut ocimo lapato, blico, nasturcio, etuce atriplici, coriandro, aneto. Hec enim ubique cadem sunt neque aliud alio melius usque. Rutam furtiuam tātum prouenire fertilius putant. Sicut apes furtiuas pessime.

Ca. viii. natura & genera ad condendum in orto sata. Et de lactucis & earū ad multis menses conseruatione.

Lactuca pg
deprimi na
flonā me
līor /

Lactucas esse nigras quartū semen mense ianuario serat Albas quo
q̄ marcio, rubentes aprilī. At omniū earum plātas post binos mē
ses differre. Diligētores pl̄ures differētias faciūt purpureas, cri-
spas, capadocas grecas. Omnes sonnū parere creduntur. Est na-
tura omaib⁹ refrigeratrix. Et ideo estate grata: stomacho fastidi-
um auferunt. Cibiq̄ appetentiam faciunt. Intantū recepta in cō-
mendatione: vt seruari eas in alienos menses oximelitē repertum
sit. Sanguinem quoq̄ augere creduntur.

Inuentū omnes tirsos vel folia lactucarū progare vrceis conditos
recentes in patinis coquere. Serunt lactuce toto anno letis & irri-
guis stercoratis q̄. binis mensibus inter plantā semēq̄ & maturita-
tem, legitimū tamen a bruma iacere semen: plantā in fauonio trās-
ferre. Aut semen fauonio plantam equinoctio verno. Albe maxi-
me hiemem tolerant. Humore omnia ortētia gaudent & stercore, p̄
cipue lactuce. Seri etiam radices ilitas fimo interest. & repleri ab-
laqueatas humo. Quedā & aliter amplitudinē augent recisis cū
ad semipedē excreuerint fimoq̄ sulo recenti ilitis. Candorez vero
putant cōtingere his dūtaxat que sunt seminis albi: si arena de li-
tore a primo incremento congerat in medias, atq̄ in crescentia fo-
lia contra religerat. Imposiro leui pondere latiores fiunt. Beta
transfertur in plantas. & oblini radices fimo, locūq̄ similiter ma-
didum amant. Usus his et cum lente & faba. Idemq̄ qui oleris & p̄
cipiuus vt leuitas excitetur acrimonia linapis. Transferri optime
putat cū. v. folior̄ erit. humor fimusq̄ si defuere maior saporis gra-
tia, si abundauere: letior fertilitas. Precipiuus fit caulis sapore ac
magnitudine primū omnium si in repastinato seras. Deinde si ter-
ram fugientes canliculos feces, terraq̄ proceritate luxuriosa atto-
lentes se: exaggerando aliam accumules: ita ne plus q̄ cacumen emi-
neat.

Est inter herbas genus inserendi precisis germinibus caulis. & in
medulam semine ex aliis addito. Hoc & in cucumere silvestri. Oci-
num paribus seri feront. Quidam & autumno iubent q̄ cum hie-
me seratur semen acero perfundi. Eruca quoq̄ & nasturcium vel
estate vel hieme facilime nascuntur. Eruca precipue frigoru[m] con-
temptrix diuersa est q̄ lactuce natura concitatrix venēis iccirco iū. Lactucis co-
gitur illi fere in cibis: vt nimio frigori par feruor immixtus tempe madenda-
ramentum equet.

Nasturcium nomen accepit a narium tormento: vcluti torporem
excitans. Omnium ortensium laudatissima cura asparagis.

Ruta seritur fauonio & ab equinoctio. Odit hiemem humorē ac

sumum. Apricis gaudet & siccis : terra q̄ maxime lateritia . Cinere vult nutriti . Hic & semini miscetur ut careat erucis . Inuenio mucrum rutatum populo datum : a Cetego comittis peractis . Amictia est ei cum fico in tantum ut nusq̄ letius proueniat : q̄ sub hac aere . Seritur & surculo melius in perforata fabam inditoq; succo nutrit comprehēdēdo surculum . Seritur & a se ipsa . Nāq; incurvato cacumine alicuius rami cum attigerit terram statim radicatur .

Eadem & in ocimo natura nisi q̄ difficilius a restit . Sed durata runcatur : non sine difficultate prouenientibus ulceribus ni munitis manibus id fiat : oleo ve defensis . Concidūtur autem & eius folia seruanturq; facilis . Ab equinoctio verno seritur apium : semine panulum in pila pulsato . sic crispus putant fieri . aut si satum calcetur . Eodem tempore menta planta seritur , vel si nondum germinat sp̄ögia . Minus hec humido gaudet , estate viret , hieme flauescit . Genus eius silvestre mētastrum est . & hoc propagatur ut vitis . vel si inuersi rami ferantur . Semel sara diutina etate durat .

Congruit pulegio cuius natura in coronariis restorescens sepis us dicta est . Hec quoq; seruantur simili genere mentam dico . pulégiumq; & nepitam . Condimentorum tamē omniūq; fastidis cuminum amicissimū . Nas citur in summa tellure vix herens & in sublimē tendens . In putribus & calidis maxime locis : medio serendū vere . Alterum genus eius silvestre quod rusticum vocant alii tebā cū . Satureia dicta in condimētario genere . seritur mense februario organo emula . quippe similis effectus . Seritur a fauonio deinde cum fructicarit : iuxta terram preficitur . Tunc runcatur stercoreturq; . Per biennium hec post isdem fruticibus vtuntur : si non senicia hiemis ingrauat : quando impatientissimum est frigorum .

Candidum papaner in secūda mensa tostum : cum melle apud antiquos edebatur .

Equinoctio antūmī seruntur corsandrum anetum atriplex malve lapati cerefolium . Smapi nulla cultura , melius tamē planta relata . Quin e diverso : vix est sato semel eo liberare locum : quoniam semen cadēs protinus viret . Vsus eius etiam pro pulmētario in pastellis decocto citra intellectū acrimonie . Coquuntur & folia sicut reliquorum oletum .

Ca.x. De morbis hortorum & remedias.

m Orbos hortensi quoq; sensiunt : sicut reliqua terre sata .

Namq; & ocimum se necat degeneratq; rite in serpilum . Et ocimum sub canis ortu palescit . Omnia yero accessu mulieris .

menstrualis flavescent. Ferro non' expedire tangi rutam mentam
ociuum. Item formicas non minimum hortorum
excitium si non sint rigui. Remedium monstrauit lino marino aut
cinere obturatis eoz foramiibus, sed efficacissime heliotropio het
ba necantur. Quidam & aquam diluto latere crudo intimicam eis pu
tant. Naporū medicine sunt filiquas vna seri. sicut oletuz cicer.
Arcet enī erucas. Que si omisso tam nate sint: remediuū absinthii
succus decocti inspersus sedi quā anagorū vocat. Semen olerū si
succo eius madefactū seratur; olera nulli alii obnoxia fntura tra
dunt. In totū vero nec erucas: si pallo imponātur in hortis ossa ca
pitis ex equino genere femine. Aduersus erucas & cancrū fluua
lem in medio horto suspēsum auxiliari narrat. Sunt qui sanguis
neis virgis tangat ea que nolunt obnoxia esse. Infectant & culices
hortos riguos precipue si sunt arbuscule aliue. Hi galbano accen
so fragrantur.

Ca.xi. Quibus aque false prosint.

Peculiaris medicina raphano: bete; rute; in salmis aquisque plu
ritum fertilitati & suavitati cōferunt. Ceteris dulcium aquarum
rigua prosum. Utilissime ex his aque frigidissime & que potuſua
uitume. Minus utiles & quas silices inducunt.

Ca.vltimum. Ratio rigidorum hortorum & que translata meliora fiunt.

h Is hora rigadi matutina ac vespertina. ne infetuescat aqua
sole. Ocino tantū & meridiana etiam. Satum celestis
erumpere pntant: inter initia feruent aqua inspersum. Omnia
translata meliora grandiora veſtunt, maxime porri, napiq;. In trāſ
latione & medicina est. desinūtq; sentire iniurias: vt gecium, por
rum, raphani, apium, lactuca, rapa cencumis. Omnia silvestria
fere sunt & foliis minora & caulibus, succo acriora sicut cymila ori
ganum ruta. Solum modo ex oibus lapatu silvestre melius, hoc
insatiuum rumex vocatur, nasciturq; fortissimū. Traditur semel sa
cum durare, nec vñq; viciat terra maxime iuxta aquam. Uſus eius
cum p̄fisana tantum in cibis leuiorem gratiorēq; saporem prestat.

Adeoq; nichil amisit cura: vt carmine quoq; deprehensum re
pererim: In fabis caprini sumi singulis canatis si porri: eruce: la
ctuce: apii: intubis: nasturtii semina inclusa serantur: mire proueni
re. Que sunt silvestria eadem in satinis sicciora intelliguntur &
acutiora. Libanotis locis
putridis macris ac roscidis setitur, radicem habet olusatri nichil a
k iii

thure differentem. Vsus eius post annum stomacho saluberrimus.
thuriis habent odorem. Hactenus hortensia dicta sunt ciborū grā-
tia dumtaxat, maximum opus restat, occultūq; diuinitatis.

Hec de libro. xix.



Iber. xx. Tractate incipit demedicinis continuatq;
vscq; ad librum. xxxii.

Roberti de valle rothomagensis
In librum viceliniū & sequētes.
libros medicinales prologus.

Prologus.

DOn existiment galieni & probatorum medicorum li-
bris incubentes hos plinianos de medicinis inferio-
res libros supuacuos esse. Illi siquidem per cōpositā
medicamentorū complexionez morbos pellunt que
coniectura magis q̄ causa constat: Hi simplicis me-
dicine vnius virtute: difficiles soluunt passiones. Illi
per radices & alia q̄ ab india vel extremis garamātibus aduehun:
hi domesticis plantis: quas ex hortis quicq; suis facile colligit. Illi
simplicium medicinarum ad humanam: hi ad eā & brutorum quo-
q; valitudinem: multosq; cōmodissimos vsus: vim aperiunt.

Videbis in sequentibus libris pliniū herbarum notarū species
descripsisse. Tum vim earum facultatēq; doctrinali & culto sermo-
ne adientē. nec quicq; in maxia nature varietate ac difficultate cō-
fundentem. In quibus tractādis nō magis litteras q̄ terras nec
libros q̄ agros contēplatus est. Rusticosq; mōtanos ac maritimos
homines de his interrogādo: plantas ipsas intueri. coloris figure
& saporis odoris varietates astente vtsari. Q̄tumq; in moibis & teli
quis vſibus possint: experimento probare.

Et si improba in his libris in medicos iactari videantur: agno-
scet auctenius lector: non aduersus doctos hoīes qui phisicas noue-
runt disciplinas inuenta esse: sed in rudes qui vsum absq; arte vſur-
pant. Hi enī sine litteris si forte codicellus eorū manibus incide-
rit: qui herbarū teneat paucarum vires: difficillimā aggredi presu-
munt operam medicandi. Et latentes arterias absq; lumine artis:
ceci penetrare: solo questu pet audaciā & temeritate iducti. Con-

tendunt noua figura vestium ysi: aut differente a ceteris conuictu: nomen sibi querere. Aut quia indeo cuidam familiares extiterint.

Qualis apud pogiu: qui vbi certaruz pillarum effectu legisset: saccum eis replens ac medicinā professus: in tantā euasit gloriā: vt nedum pro hominum incolumitate: sed pro negotiis quoq; du biis: plebs abeo degliciendas pilluas susciperet. Inertes eiusmodi temerariosq; hoies: vulgus stulto errore laudat. His nō absq; sua pernicie: plusq; viris doctis fidei tribuere solet. Aduersus eos pliitius noster conuictū dicit: non in veros phisice artis pfectores: qui naturā speculantur: Viscerales hominis partes: egritudinum causas: simpliciū vim & qualitates sagaciter scrutatur: Accurate de his & cū ingenii acumine disputationē: vt quod verū in natura esset inuenirēt. Qui a tenens annis liberalibus artibus (quas hali testimonio diximus medico necessarias) inuigilarūt. In eos nō inuenit plinius. Quippe qnos salomō ob necessitatē laudet, & christus de his loquatur cū honore. Estimo tandem q̄tū studio cernerē possum quod phisicis contuli disciplinis: nullū post naturam ipsam maius certiusq; patrociniū fore: q̄ ad eas vehementē applicationē animi: ex quo solida cōfiaſ naturalis doctrine cōmoditas.

Roberti Rothomagensis
prologus terminatur.

Ca.i. De cucumere siluestri. Et elaterio.

c Vcumerē siluestrez esse dixerim multo infra magnitudinē satini. Eo fit medicamentū quod vocatur elateriū succo expresso ex semine. Cuius causa nisi maturins incidatur: semē exīlit etiā oculorū periculo. Seruatur aut̄ decerptus vna nocte. postero die inciditur arūdine. semen quoq; cinere cōspergitur: ad cōprimendā succi abundantiā. qui expressus: suscipit aqua celesti atq; subsidet. Deinde sole cogitur in pastilos ad magnos mortalium visus. Obscurritates & vicia oculorū sanat. generatimq; vlcera. Tradūt hoc succo tactis radicibus vitiūmō attingi vuas ab auibus.

Radix autem ex aceto cocta podagrī illinitur. Succoq; dentiū dolori medetur. Arida cum resina impetiginē & scabiem sanat. Et cicatricibus colorē reddit. Et folioruz succus auribus instillatus surdis com aceto. Elaterium tempestiuum est autūno. nec vllum ex medicamentis longiote etiō durat. incipit a trimatu. Siquis recentiore vti velit: pastilos in nouo fistili aceto igne lento domet. Idq; melius quo vetustius erit. Quem iam ducēntis annis setuatum auctor est theofrastus.

Ca.iii. De cucurbita silvestri.

Cucurbita spine & lumborum & coxae dolores; cū oleo si infil-
cetur mitigat. Preterea mirū dictū: semina eius si fuerint pari nu-
mero adalligata febribus: sanare dicuntur: quas greci peryodicas
vocant. Satue quoq; rase succus tepefactus auribus medetur.

Decocte vniuerie succus detrū motus stabilit. Dolores inhibet
Chrisippus medicus dāuabat eas in cibis. Sed oīm consensu sto-
macho vtilissime idicant. Et īterraneorū vesicarūq; exulceratōib;
Ca.iiii.de rapis & raphanis.

Raphanus siluestris vtilis vrine eiciende. Cetero bilem detra-
hit. stomachum purgat pituitam extenuat. Vrinā concitat. Satiri
decocti mane poti ad ternos cyathos comminuant & eiciunt calcu-
los. Ad tuſsim etiam mane ieiunis prodeit cum melle.

Ca.vi.de porro sectiō: & capitato

Tuſsi veteri ac pectoris & pulmonis etiam vtiſis medetur.

Illitis foliis sanantur ambuste epinyctides. Bestiarum mortus ex
aceto. Capitis dolores si in nares fundatur. Succus & ad serpen-
tium scorpionūq; ictus in potū bibitur cum mero. Et ad lumborū
dolores cum cuim vino hemina potus. Sanguinē excreantibus &
ptisicis distillationibus longis: vel succis vel ipſo cibo prodeit.

Item morbo regio vel hidropicis. Toſtus editur contra fungorū
venena. Imponit & vulneribus.

Feminarū fecunditatē portis augeri. Contrita ex melle vlceta pur-
gati. Tuſsim & distillatōes thoracis. Venerē ſtimulat ſitum ſedat ebri-
tates diſcutit. Sed oculorū aciē liebetate traditur. Inflationē fa-
cere que tñ ſtomachio non noceat. ventrēq; molliat. Voci ſplendo-
rem affert. Sanguinē reicientibus ſuccus cū caule aut thuris far-
na vel acacia datur. Hippocrates & ſine alia mixtura dari iubet. Dē-
tium dolorē tribus capitibus in aceto tutis imminuūt. Vel ſi deco-
& a aqua colluanſ. addaturq; ipſum in caua dentiū Compescit di-
ſillationes cū lacte coctū. vel tritū. permixtū ve caſeo molli. Quo
genere & raucitatē extenuat & ptifim in fabe ſorbitione. Timeas
& reliqua animalia interraneorū pellit in aceto mulso coctū. Te-
nafmo in pulte medet. Tuſi cū adipe vetusto decoctū. vel cū lacte

Aut ſi ſanguis etiam excreetur. vel putulenta ſint. Et pituite
ſub prunas coctum poſtū & cū mellis pari modo ſumptū. Coniul-
ſis & ruptis: cum ſale & oleo. Cum adipe tumores ſuſpectos sanat.

Extrahit firſtulis vitia cuni ſulphure & resina. etiā arundines cū
pice. Lepratas lithenias exulcerat. sanatq; cum origano. Veleſinis
eius ex oleo & garo ilitus. Sic & ſacros ignes. Sugilata aut luētia
ad colorē reducit combustū ex melle. Credunt & comitiale morbi
sanare: ſi quis eo in cibo vtat ac potionē. Facit & ſomnos atq; in to-

74

tum rubicundiora corpora. Cōtra pituitā gallinis prodest. Mixto farre in cibo iumentis vrinam reddere: atq; non torqueri tradunt: si eo trito natura tangatur.

Ca. viii, de beta.

Nigre bete radices in aqua cocte prurigine tollunt. Succus eius capitis dolores veteres & vertigines item sonitum aurium sedat: il litus succus. Alba tuta adustis medetur. & ulceribus que ex capite manant. Succus eius cum melle naribus inditus: caput purgat

Ca. ix, de brassica utilitate & nocumentis.

Brassicam cato crispa maxime laudat. Dein leuem grandiori bus foliis caule magno. Prodesse tradit capit is doloribus oculoꝝ caligini. sintilationibusq;. Aqua quoq; eius decocte neruos articulos mite iuuari. Si foueant vulnera & reentra & vetera etiam car cinomata q nullis aliis medicamentis sanari possunt. Foueri prius aqua calida iubet & bis in die tritā īponi. sic & fistulas & tumores reuocari: queq; discuti opus sit. Insomnia & vigilias tollere decoctam si īeiuno edat qplurimā ex aceto & sale. Tormina: si decocta iterū decoquaf addito oleo & sale cumino polenta. Si ita sumat sine pane magis p futurā. Inter reliqua bilē detrahit pvinū nigrū pota. Quin & vrinā eius in brassicā potandā existimauerit asseruari. calefactaq; neruis remedio esse. Puetos pusilos si laues illa vrina nūq debiles fieri. Auribus quoq; ex vino succū brassice tepidum instillari iubet. Idq; etiā tarditati audiētiū p desse assuerat. Et impetigines eadē sanare sine vlcere. Aluū eā soluere: eandē bis coctā sūstere. Vino aduersari vt inimicā viribus. antecedēteq; cibis cauerti ebrietatē. Postea sumpta crapulā discuti. Hunc cibū & oculo tū claritati cōferre. Succovero crude angulis vel tm tactis cū auctico melle plurimū. Facili me cōcoq;. cibosq; eo sensū purgari. Erasistrati scola clamat nichil esse utile stomachio neruisq;. Iō paliticis & tremulis dāri iubet. & sanguinē excreatibus. Hipocrates coeliacis disentericis bis coctā cū sale. Itē ad tenasimō & tenū cās. Lactis quoq; vberitatē puerpis hoc cibo fieri indicās. Et purgatōem feīnis Crudēs quidē caulis si edat ptus quoq; e mortuos pelli. Philistio& a podagra liberatus edēdo eā decocteq; ius bibēdo. Hoc & cardiacis datū & comitialibus morbis addito sale. Itē spleneticis in vino albo p dies q̄dtag. Istericis necnō & phreneticis radicis crude sic cū: gargaris andū bibēdūq; demōstrat. Cōtra vero singultū cū criādro aneto melle ac pipe & aceto epmyctidas & qcqd aliud serpit in corpe iposita leuat Sugilata vero & alios lñores. Testū & genitaliū malis hāc vtilissime īponi. Efficacius cū faba trīta. Itē cōulsis cū ruta cōtra ardorē febriū & stomachivitiae. Cū rute scīne & ad secū das. Aquā decoctā ad tot ysus laudatā: fetere hūi effusa. Ad coxēdi cū dolores cū adipe yetusto. Bibiſq; & cū oleo subseruefact⁹ yl p se.

conuulta & rupta intus lapsumq; ex alto. Eius sunt crimina: anime grauitatem facere, Dentibus & gingnus nocere. In egypto propter amaritudinem non estur.

Virium brasice magnum argumentū & mirabile Cruste si occupēt intus vasa omnia in quibus aque feruent int̄m vt non sit eas aquelle re: si brassica in his decoquaſ abscedunt. Inter siluestres brassicas lap sana est pedalis altitudinis hirsutis foliis sinap i ſimilimis niſi cadior eſſet flore Coquitur in cibo, aluum leuiter mollit. Marina brassica vehementiſſime ex omnibus alnum clet

Ca,x, de asparagiſ

a Sparagi cumino addito inflationes ſtomachi coliq; diſcuſſiunt. Ventrem leuiter molliunt. Pectoris & ſpine dolo-ribus intestinorūq; vitiis proſunt. Vino cum coquuntur ad lūboꝝ & renum dolores.

Ca,xii, de apio.

a Pio gratia vulgo eſt. In condimentis peculiarem gratiam habebit. Preterea oculis illitū cuin melle ita vt ſubinde foueant feruenti ſucco decocti aliisq; mēbrorum. Epiphoriſ per ſe tritum aut cum pane impositum vel polenta mire auxiliatur. Pifſces quoq; ſi egrotent: in piftinis apio viridi recreat. Verū apud eruditos nō aliud erutum a terra in maiore auctoritate. In cibis apium damnaſ. Suauiores aquas potui Incocitū preſtat. Succo radi-cis inſtilato grauitatem mitigat aurium. Ex aqua potum coctumq; renibus medetur.

Ca,xii, de ocimo siluestri eruca naſtucio ruta.

C Iluestri ocimo viſ efficacior, bestiolas omnis innastentes corpori arceſt. Vitia cutis in facie cū melle illitū. Lētigines ex aceto. Cicatrices nigras reducit ad candore cū felle bubulo.

Aiūtverbera ſubituriſ potū exvino duricie quandā cōtra ſenſū in duere. In cōdēdiſ obſoniis tāta eſt ſuauitas: vt greci euzomon apellauerint. Putat ſubtrita etuca ſi foueant oculi: claritatē reſtitui-tuſſim in infantū ſedare. De venere ſtimulāda: tua folia ſilueſtriſ eruce ſinistra manu decerpta & trita in aqua mulſa ſi bibant. Ecō trario naſtuciū veneſe inlibet, animū exacuit. Tuſſim ex melle ſi quotidie ieuni ſumant. Semen exvino omnia in teſtinorū animalia pellit. Efficacius addito mentastro. Piodeſt & cōtra ſuſpiria & tuſſim addito origano, & vino dulci. Pectoriſ doloribus coctum in laſte caprino. Pauos diſcuit, cum pice, detrahitq; corporiſ aculeos. Et maculas illitū ex aceto. Serpentes ſi vraturuſa ni-dore fugere. Efficacissima eſt ſilueſtriſ radix cum viño ſumpta,

75

Eandem efficaciorē esse sub diuo potam. Pitagoras eā noxiā oculis putauit, falso, qm̄ sculptores & pictores hoc cibovuntū oculorum causa. Cū pane quoq; vel nasturcio sativa atq; silvestris propter visum. Eadē cruditates discutit, mox inflationes, dolores stomachi veteres, Vuluas aperit, corrigitq; conuersas: ilīta in melle toto ventre & pectore. Hidropicis cū ficu: & decocta ad dimidiās partes potaq; ex vino. Sic bibitur & ad pectoris dolores, latetumq; & lumborū. Tusses suspitia pulmonum iocinerū, tenū visia, horrores frigidos. Ad crapule granedines: decoquuntur folia poturis. Et in cibo vel cruda vel cocta condita ve prodest. Itē q; torminibus cū isopo decocta. Et cum vino, sic & sanguinem sis sit interiorem, & narium indita. Sic & collutis dentibus prodest.

Feminarum etiā purgationes: secundasq; etiam e mortuis p̄tus vt hipocrati videtur: ex vino dulci nigro pota. Itaq; illitam & vuluarum causa etiam suffire iubet. Diocles & cardiacis imponit: ex aceto & melle & farma ordeacea. Cum oleo coctis foliis partib⁹ quas frigus adusserit. Imponnit mammis turgentib⁹ decoctā, fracta quoq; membra cum cera semine tiito, atq; imposito. Radix rute sanguinem oculis suffusum: & in toto corpore cicatrices aut maculas: illita emendat. Nitrum est cum feruentem rute matutram esse conueniat: faciculum eius in rosaceo decoctū addita yncia aloes peruntis sudorem reprimere.

Eadem ex omnibus satis quadrupedum quoq; morbis in maximo ystū est, sine difficile spirantibus: sine contra maleficorum anima lium ictus infusa per nates ex vino. Aut si sanguissugam lausserit ex aceto. Et quoq; in simili morborū genere vt in homīne t̄pato

Ca. xiif, de menta mentastro pule

gio nepeta cymīno

Entastrum silvestris menta est: differens specie foliorum quasi figura ocimi pulegii colore. Propter qd̄ quidā siluestre pulegii vocant. His cōmāducatis & impositis sanari elephantiam: si cut magni pompeii etate fortuito cuiusdam experimēto: propter putorem in facie compertū est.

Bibuntur aduersus serpentum ictus dragmis duabus: in vīni cya this duobus. Eadem aduersus scorpionum ictus cū sale oleo & ace to. Aduersusq; omnia venena: seruantur folia arida in farine modum. Sustratum vel accensum fugat scorpiones. Potum feminas purgat a partu, sed partus necat. Ruptis conuulsisq; e partu. Optonoicis torminibus colericis efficacissimū. Itē lumbis, podagrīs impositū. In regio morbo bibitur. Strumis illunt. Oculinayeneris

inhibent. Timeas pellit ex aceto potū. Ipsius odor aīm excitat: & sapor auditatē in cibis, ideo in māmarum mixtura familiares ipe accessere vt coire deseriq; lac non patiant̄. Quare lactis potionibus additur: ne huius coagulati potu strangulent̄. Data in aqua & mulso eadem vi resistere & ḡnationi credit: colubendo genitalia deusari. Eque maribus ac feminis s̄sistit sanguinē purgationes q; feminar̄ inhibet. Ulcera in capite infantū mīte sanat. Arterias humidas siccāt. Siccās astringit. Pituitas corruptas corrigit in mulso & aqua. Voci succus sub certamine vtilis dūtaxat. & qui gargarizatur: vua tumente: adiecta ruta & coriandro ex lacte. Et cōulsa intus per se vitiis q; pulmonis. Singultus & vomitiones s̄sistit cum succo granati. Recentis succus nar̄i vittia. Spiritus subductos emendat. Trita coleras in aceto pota. Sanguinis fluxiones intus.

Ilinūtur & temporib; in capitib; dolorib;. Impetigines quoq; vel si teneat ratum prohibet. Aride farine tribus digitis apprehēsam & stomachi dolorē sedare in aqua. Et similiter aspersa in potione nem ventrī animalia expellere. Magna societas cū hac ad recreandos defectos animos pulegio cuq; surculis suis in ampulas vitiæ aceti: vtrisq; deiecit. Qua de causa dignior e pulegio corona vertigini: q; erosis cubiculis nostris pronunciata est. Nam & in capitis dolores imposita dicitur leuare. Quin & olfactū capita tueri contra frigorū estus q; iniuriam. & ab siti traditur. Necq; estuare eos: qui duos e pulegio surculos ipositos auribus: in sole habeāt.

Femina efficacior (de pulegio sermo est) est autē hec flore purpureo, mas candidū habet. Nauseas cum sale & polenta in frigida pota inhibet. Sic & pectoris & ventris dolorem. Sistit vomitiones cum aceto & polēta. Stomachi autem intercisiones ex aqua s̄istit. Calculos pellit: & intériores omnes dolores. Semen obmutescētibus olfactū admouetur. Si aque in salubres bibende sint: tritum inspergitur. Salſitudines corporis si cum vino bibatū minuit. Nēruorum causa & in contractione cum sale & aceto conficitur. Ad oris exulcerationes ad tuſsim efficax habetur. Flos recētis incensus puliccs necat odore. Silvestri ad eadem vis efficacior: quod simile est origano: minoribus foliis q; latīnum. & a quibusdam diſtamus vocatur. Gustatum a pecore capris ve: balatum ex citat. Natura tem feruens est: vt Ilitas partes exulceret. podagrīs mire prodest. Hepaticis cum melle & sale bibendum. Pulmonum vitiā excreabilita facit. Priuatim valet contra omnem morsum etiā venenosum. Radix arida cicatricibus decorem affert.

Nepete & pulegio societas, decocta enim aqua ad tertias: discutunt frigota. Mulierumq; menstruis prosunt. Estate sedant calores

76

Nepeta quoq; vites contra serpentes habet fumum ex ea: nō doremq; fugiunt. Quam & substernere in metu dormitatis utile ē. Capitis doloribus recens cum tertia parte panis tēpeata acero il linīt. Succus eius instillatus narib⁹ supini piofluuiū sanguis sifit. Cimimum tritum & cum pane sumptum vel potum ex aquavinoq; tormina quoq; & intestinoū dolores pellit. Veruntamen omne palorem bibentibus gignit. Ita certe feciunt. Portii latrovis clari inter magistros dicendi ad sectores similitudinē coloris studiis contra emulos finitatus et paulo ante. Iulliū vindicem assertorem illum a nerone libertatis captione testamentis sic lenocinatum. Natiūm sanguinem pastilis inditum vel ex aceto tecens sifit.

Ca. xvii. de aniso.

Viride aridum ve omnibus que condiantur queq; intinguntur desideratum. Cum amaris nucibus vina commendat. Quin oris halitum iocundiorē facit. Fétoremq; tollit manducatum matutinis cum smyrneo & melle exiguo. Insomnia leuat suspensum in puluino: vt dormientes olfactant. Appetentiam ciborum prestat quandoquidem id inter artificia delicie fecere. Laudatissimū ē ceticum. proximum egip̄tium. Dolores capitis subleuat suffitum naib⁹. Ipsum cum cioco partimodo & vino: & per se tritum cum polenta: ad magnas fluctiones. extrahendaq; si qua in oculis incidereint. Sedat anginas cum melle & ysopo ex aceto gargarisatum. Aūribus infunditur cuj; rosaceo. Thoracis pituitas purgat tostum cū melle melius. Facilime vero ad tuſsim: anisi dragme tres papaueris due: miscentur melle ad fabe magnitudinem: & ternis diebus sumuntur. Precipue ad ructus. Ideo inflationibus stomachi & intestinorum torminibus & celiacis medetur. Singultus & olfactum decoctum potumq; inhibet. Ipsum cum apio olfactū ster nutamenta inhibet. Potum somnum concitat. calculos pellit. Vomitiones cohibet. Pre recordioq; tumores & pectoris vitia Nō ali udvtilius vētri & intestinis putat. Ideo dissentericis & tenasmis dāt tostū. Aliq; addūt & opiu: pilulis in die ternis: lupini magnitudine & in vini cyatho dilutis. Semen hidropicis & celiacis dādū tritū cū aneto pturientibus. Phreneticis quoq; ilinū recēs cū polenta Sic & infantib⁹ comiciale vitiū: vt cōtractions sensib⁹tibus.

Ca. xviii. de aneto & papauere

a Netū ructus mouet & tormina sedat aliuū sifit. Epiforis radices illinū ex aqua vel vino. Singultus cohibet semē feruēs olfactū. Sumptum ex aqua sedat cruditates. Papaueris albī satini calix terif & bibitur somni causa. Succus hīc & herbe cūtisq; lana excipitur. Aut si exiguis est: yngue pollicis vt lactuclis.

Semine nigri trito in pastilis et lacte utitur ad somnum. Item ad capsulas dolores cum rosaceo, foliis eius ad sacros ignes.

Satiuum omne magis rotundat capita. At siluestris longum ac pulsuum & ad omnes effectus valentius. Decoquuntur & bibuntur contra vigilias. Optimum in siccis & vbi raro pluit.

Ca.xx. De portulaca & coriando.

Portulaca quam peplion vocant non multus sativa efficiator. Cuius memorabiles vsus traduntur. Sagittarum yenenae & serpentium hemoroidum restringi. pro cibo sumpta & plagiis imposita extrahit. Cum ipsa non est: semen eius simili effectu prodest. Reficit & aquatum vitiis. Capitis dolori: ylceribusque in vino tusa & imposta. Reliqua vlcera comeduntur cum melle sanata. Sic & in fantium cerebro imponitur. vmbilicoque prociduo. Vlcera oris tumoremque ginginarum manducata cruda sedat. Item dentium dolores. Vomitiones sistit. Dissinterie & vomicis datur ex aceto: vel bibitur cum cimino podagratis calidis & sale iusta cum sacro igni.

Succus eius potus renes iuuat & vesicas. Ventris animalia pellit. Ad vulnerum dolores ex oleo cum polenta: imponitur. Neruorum duritias emollit. Venerem inhibet venerisque somma. Pretorii vestri pater est hispanie princeps: quem scio propter incompatibiles vices morbos radicem eius filo suspensam: gerere preterque in balneis: et ita liberatum incommodo omni. Inuenit apud auctores caput in de litum distillationes non sentire. Oculos tamē hebetare putat.

Cotiandrū sanata omnes tumores collectionesque cum melle aut una passa. Panos vero ex aceto tritum. Seminis grana tria in tertianas deuorare iubent aliqui ante accessionem. vel plura Illini frōti. Vis magna ad refrigerandum ardores viridi. Vlcera quoque que servante sanata cum melle vel una passa. Item telites: ambuita: carbunculos: aures cum lacte mulieris. Epiforas oculorum: ventris & intestinorum fluxiones. xenocrates tradit rem miram si vera est: mēstruā contineri uno die: si unum granum biberint femine biduo: si duo. & toridē diebus: quot grana sumpscrit. Varro coriandro subtrito cum aceto carnem incorruptam estate seruari putat.

Ca.xxi. De malua althea & lino.

E siluestribus cui grande foliū & radices albe: altea vocatur ab excellentia effectus. a quibusdā aristaltea. Omne solū in quo seruntur pinguis faciunt. Huic contra omnes aculeatos ictus efficacior vis. precipue scorpionum vespārum. Aculeos omnes extrahunt ilite crude aut cum aneto. Quin & trita cum oleo qualibet earum per vincī ante vel habētes eas nō feriunt. Si cotidie quis ex qualibet

77

maluatum. Ciatum dimidiū biberis; omni morbo carituru. Viz
scera manantia in capite sanat. Et vlcera oris cum melle. Eius que
vnum caulem habet radice: donec desinat dolor per ynge dentem
qui doleat. Tussim in lacte cocta: et sorbitonis mō lumpta qui
nis diebus emendat. Stomachoyiles sunt. Constat parturientes
foliis substratis celerius solui. Protinus a partu renocanda neyulta
sequatur. Et succum bibendum parturientibus ieiunis in vino
decocta hemina. Quin et semen tritum adalligavit brachio ge
nitale non continentū. Adeoq; he veneri nascuntur ut semen vni
caulis aspersum cubitali feminarum auditates augere ad infinitū
xenocrates tradat. Irē tres radices iuxta adalligatas. Tenasco
et dissintericis ytilissime infundi. Item sedis vicus vel si foueatur.

Melancolicis succens cyatis ternis tepidus, insanientibus quater
nis. Decoete comicialibus hemine succi. Hic et calculosis: & ista
tione: & torminitibus laborantibus tepidus illinitur. Et sacrī igni
bus & ambustis: decocta in oleum folia imponūtur. Succus de
coete neruis prodest. & vesice & intestinorum rostionibus. Vuulas
et cibo & infusione emollit in oleo. Altee in omnib; efficacior est
tadix. precipue conuulsis ruptisq;. Cocta in aqua aluum sistit. Ea
dem arida in lacte decocta qlibet perniciose tussi citissime medetur

Hipocrates vulneratis liciētibusq; defectu sanguinis: radicis
decoete succum bibendum dedit. Item conuulsis, luxatis, tumen
tibus et multulis neruis articulis imposuit. Et astmaticis ac dissin
tericis cumvino bibendum dedit. Muū aquā radice ea addita aden
sati sub dino atq; elactessere. Efficacior autem qno recentior.

Lini semen per se mulierum cutis vicia emēdat in facie. Tortetur
ut aluū sistat. Celiacis et dissintericis imponitur ex aceto.

Ca.xxiii, de feniculo.

Feniculum nobilitauere serpētes gustatu: senectam exuendo:
oculoiumq; aciē succo eius reficendo. Vnde intellectum est: homi
num quoq; calginem precipue eo relevari. Colligitur caule tur
geltentre. In sole siccatur. inungitur ex melle. Vbiq; hoc est. Lauda
tissimum in hiberia. e lacrimis & semine recēti. fit etiam e radicib;
prima germinatione incisis.

Ca.xxiii. Facilis compositio
medicaminis quasi titiace.

Compositionem clarissimā sub iexemus aduersus venenata ani
malia: incisam lapide versibus i limine edis estulapiti. Serpili duo
rum denariorū pondus. Opoponacis et nulli tantudem singulorū
Trifolii pondus de quartii Aneti seminis, et auisi, & amisi, & appisi;

denariorum senum ex singulis generibus . Erui farine . xii . Hec
tusa cribrataq; vino q;um possit excellenti : digeruntur in pastilos;
victoriati pondere . Ex his singuli dantury in mixti ex ciatis ternis

Hac tiriaca magnus antioicus aduersus cuncta venena ysus tra-
ditur .



Iber : xxi . Agit princi aliter de rebus odoriferis & a-
romaticis atq; earum cultura .

Ca . iv . De rose cultu .

Rosa quibusdam annis magis odorata prouenit preterea locis ma-
gis siccis q; humidis odoratior . Seri nec pinguibus vult neq; ar-
gilosis locis neq; riguis , conteta raris . Proprieq; ruderatum agru
amat . Fodiuntur altius q; fruges : leuius q; vites . Tardissime pue-
niunt semine : quod in ipso est cortice sub ipso flore opertum . Ob
id potius caule conciso inseruntur & ocelis radicis vt arudo . Omni
recisione atq; vltione proficit . Translatione quoq; vt vitis opti-
me occissim ecp; prouenit . Surculus quaternum digitorum longitudi-
ne aut amplius post vergiliarum occasum sata . Dein per fauonium
translata pedalibus interuallis creboq; circunfossa . Quin pre-
cocom faciunt pedali circa radicem scrobe aqua calida infundit ; ger-
minare incipientem .

Ca . v . De lilio & eius tinctura .

In vnguenti oleiq; vsu : folia nō spernunt . Nichil lilio secundius:
radice quinquagenos sepe emicente bulbos . Inuenta ratio inse-
rendi : mōstrificis hominū ingeniis . Colliguntur nāq; mense iulio
arescētes : liliaq; suspendūtur in fumo . Dein nudatibus se nodulis
in fecenigri vini vel greci mense marcio macerātur : vt colore acci-
piant . atq; ita in scioibus ferūtur heminis fecis circumfusis . Sic
fiunt prepurea lilia . Miiūq; ita tingi aliq; uid vt nascatur infectū .

Ca . vi . De croco .

Adulteratur nichil eque . Probatio sinceri : impedita manu crepat .
veluti fragile , humidū enī quod evenit adulteratione sedet . Altera
probatio si manu plata ad ora leuiter faciem oculosq; mordet . Et
per se genus satiū blandissimum . vulgo cum sit mediocre deliacō
vocat . Cire naico vicium quod omni croco nigrius est . & celerrime
marcescit . Optimum ybicunq; quod pinguisimus & breuibus

capillis. Pessimum vero quod situm redoleat. In līcia anno septimo aut octauo transferri In locum subactum: atqz ita degenerans renouati. Herba est folio angusto pene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit. p recipue dulci tritū ad teatra replenda. Floret virgilarū occasu paucis diebus folio qui florem expellit. Viret bruma & colligitur. siccaturqz vmbra melius etiam hiberna. Carnosa & illi radix viuacior q̄ ceteris. Gaudet calcari & atteri pede Pereundoqz melius prouenit. & ideo iuxta seinitas fontesqz letissimum.

Ca. vii. De floribus & odoramentis.

Odorato sapor ylli raro nō amarus. Et cōtrario dulcia raro odora ta. Itaqz & vina odoratiora mustis. Siluestria magis omnia satiuis.

Quorūdam odor suauior e longinquo. propius admotus hebetatur. vt viole. rosa recens a lōginquo olet. sicca ppius. Omnis autem verno tpe acrior & matutinis. Quicquid ad meridianas dies vergit horas hebetar. Nouella quoqz vetustis minus odorata. Rosa & crocū odoratiora; cū serenis diebus leguntur. Et oia in calidis magis q̄ in frigidis. Quarūdam tantū flos iocūdus relique partes ignave vt viole rose. Aliqua arida diutius odorem continent. vt mellilotos. Quedā locum ipsum odoratiorem faciūt vt iris. Quin et arborem toram cuiuscunqz radices attingunt.

Ca. x. De ambrotano & eius cultu.

Ambrotanum iocundi odoris est & grauis. floret estate. flos aurei coloris. Vacuum sponte pronit. Cacumine suo se propagat.

Seritur autem semine magis q̄ radice aut surculo. Semine quoqz non absqz negotio plantarius transferuntur. Alfiosa enim admodum sunt. Et sole nimio leduntur. Sed ybi conualuete titutis fruticant.

Ca. xi. De mellilito.

Mellilotos vbiqz nascitur. laudatissimum tamē in aētica. Vbicūqz vero recens nec candicans & croco q̄ similimū.

Ca. xix. De rosa & lilio medicine.

Vlus succi rosatum ad aures. oris ylcera ginginas; tonsillas gargasitatus. Stomachum vulvas: sedis vicia: capitis dolores. Flos somnum facit. Sanguinis inhibet excretiones. Stomachi dolores in vini ciatis tribus. Semē his crocinū optimum. nec anniculo vetustius. Et in vmbra siccatur. Nigrum inutile. Valet igni facto non veteri. Natibus subductum caput purgat. Capita pota ventrem ac sanguinem fistunt. Aridis & expressis aliquis vsus. Dia plasmata fiunt ad sudores cohercendos ita vt a balneis inarescant corpora: dein frigida abluātur. Silvestris cum adipe yrsino & lopicias mirifice emendat.

Folia vitiis stomachi : rosionibus : vitiis ventris : & intestinorum
& precordiis utilissima vel illita. Cibo quoque modo conduntur

Lilii radices impositae cum melle neruis precipitis medentur. Contra lichenas; lepras; furfures in facie emendant. erugant corpora.

Folia in aceto cocta vulneribus imponuntur, si testium in melle
cum hostianio & farma tritici. Semen illinitur igni sacro. Flos & fo-
lia ulcerum vetustati.

Ca.xx.de nardo gallico croco & iri

Hidropicis valet per se vel cum absinthio. Sistit purgationes mu-
lierum. Aduersus serpentes. ii. dragmis in vino succurrat. Inflatio-
nibus colli vel ex aqua vel ex vino.

Crocum cum melle non soluitur, nulloque dulci, facile autem vino aut
aqua. Afferuat cornea pixide. Stomachi exulcerationes : pectoris;
rerum; iocinerum pulmonum, vesicarumque peculiariter. In flamatoe-
earum vehementer utile. Item tussi & pleureticis, tollit & pruriens
vrinam cit. Qui crocum prius biberint : crapulam non sensient.
Ebrietati eorum resistunt; Corone quoque ex eo mulcent ebrietatem.

Somnum facit. Caput leuiter mouet, venerem stimulat. Flos
eius igni sacro illinitur cum creta cimolia, optimum quod gustatu
fauit dentesque inficit.

Iris ruffa melior quam candida. Infantibus eam circuligati salutare est
Deicientibus precipua est & tussientibus, tinearum ve vitio laboran-
tibus instillari. Aluum soluit duabus dragmis cum melle. Tussim
tormina, inflationes pota, lienes ex acero. Contra serpentium &
neorum morsus, Contra canum morsus ex oleo imponitur. Sic &
neruorum doloribus. Lumibis & coxendicibus cum resista illini-
tur. Naribus subducta sternutamenta mouet, caputque purgat.

Ca.xxi.de trifolio thimo hele-
nio & ambrotano.

Animaduerto trifolii semine cuius minima sunt folia utile esse ad cu-
stodiendam mulierum cutis gratiam in facie silitum

Cum aceto & melle thimus laterali dolori aut inter scapulas aut
in thorace medetur. Item & precordiis. Que potio datur & in alie-
natione mentis & melancolicis. Datur & comitialibus quos corre-
ptos odor excitat thimi. Heleni ab helene lacrimis putatur na-
tum, fauere creditur forme. Cutem mulierum in facie reliquoque cor-
pore nutrire incorruptam. Preterea putantysu eius quandam datam
gratiam his, veneremque consilari. Atribunt & hilaritatis effectum
eidem poto in vino. Illud predicatum ab omero queo trititias om-
nis aboleatur. Est autem succi predulcis. Traditione radicis eius pr-

79

destieunis. Est autem candibus intus & dulcis.
Ambrotanum pdest quoquomodo algētibus. Cōtra ictus serpētiū
bibit illiniturq; cū vīno. Efficacissimū contra ea: quorū veneno tre
mores & frigus accidūt. & cōtra venena alia pota. Pellit & interra
neorū mala. Ramus eius si subficiatur puluino: venerem stimula
re dicitur. Efficacissimamq; esse herbam contra veneficia: quibus
coitus impeditur omnia.

Ca.xxvi.de iacintho herba

Acinthus in gallia optime prouenit. Hoc ibi loco ifginum
tingit Radix est bulbacea māgonicis venalicis pulcre no
ta: qīn vīno dulci ilita: pubertatē cohercet, & nō patitur erūpere.

Iber vicesimus secundus de aliis medicinis

Prologus actoris

Complexse poterāt miraculū sui natura: atq; tellus reputā
c tium vel prioris tñi voluminis dotes, totq; genera herba
rum vtilitati hoīm genita. Sed q̄to plura restant: tāto mira
tabilitora inuentu. Reliquorū potentia approbat nichil ab terum
natura sine aliqua occultiore causa gigni.

Ca.i.de fucantibus faciem

Mares etiam apud dacos corpora sua inscrībūt. Britannorum cōiu
ges mirusq; toto corpore oblite quibusdam in sacrīs nude incedūt
ethiopum colorem imitates.

Ca.vi.de coronis Inuehitq; in quo
rundā hominū negligeñ. Varietas
tesq; & aculeos cur plantis natura dederit

Has latere apud nos minus quidē miror cernens negligi ea quoq;
q; ad valitudinē cōseruandā. cruciarusq; corporis ppulsandos: &
mortē arcendā pertinent. Sed quis mores iure castiget? Addide
re viuedi p̄cia delitie luxusq;. Nūq; fuit cupidō vite maior, nec Mi
nor cura. Aliorū hanc operā esse credimus, ac ne mādato quidē no
stro, & quo nū p̄bosius: viuim⁹ aliena fiducia. Immo vero pleris
q; in risu sumus: ista cōmētates, atq; frīuoli opis arguimur: magna
q̄q; immēsi laboris solatia sperni: cū rerum natura quā certe nō de
fuisse nobis docebimus: & iūsis quoq; herbis inscrūsse remedia.

Quippe cū medicinas dederit etiā aculeatis, In quibus puidētiā

*an exarum
debetis ha-
bitus. ova lae-
tis.*

nature satis admirati: amplectiq; non est; Pinxerat & remedia floribus, visuq; ipsos aios inuitauerat: etiam delitii auxilia permisens. Inde excogitauit aliquas aspectu hispidas, tactu truces: ne se depascat auida quadrupes, nec procaces manus rapiant, nec neglecta vestigia obterant, ne infedes ales infringat: has muniendo aculeis, telisq; armando: remediis ut tuta & salua sint. Ita hoc quoq; quod in his odimus: hominum causa excogitatum est.

Ca.x. De tribulo.

Ribuli vnu genus in hortis nascitur alterum fluminibus tantum. Succus ex his colligitur ad oculorum medicinas. Est enim refrigerantis nature. Et ideo utilis contra inflationes & collectiones. Ulceræ per se erupetia, & precipue in ore cum melle sanat. Iter; & tonsillas potus & calculos frangit. Trates qui ad strimona habitat: foliis tribuli equos sagittat. Ipsi nucleo viunt: pane facientes predulcem: & qui contrahat ventre. Radix castæ pureq; collecta discutit strumas. Tritum & in aquam sparsum pulices necat.

Ca.xii. Laus nature in dandis auxiliis.

Quippe quedaz animalium remediis nascuntur locupleti diuinitate ad gerenda presidia: ut non sit mirari satis ingenii eius disponentis auxilia in genera, in causas, in tempora: ut aliis proposit atque aliis ab horis: diesq; nullus sine presidiis reperiatur.

Ca.xiii. De virtute et medicinis eius.

Rtica quid esse iunius potest? At preter oleum quod in egipcio fieri diximus: vel plurimis scatet remediis. Semen eius cicutæ contrariu; esse. Item fungis, argento vitro. Item aduersatur hioskyamo, serpibus & scorpionibus. Quin illa ipsa amaritudo mordax vuas in ore; procidetescq; vnuas, infantium sedes, tactu resilit cogit. Letargicos expurgoscit, tactis crutibus magisq; fronte. Eadē canis mortis addito sale medetur. Sanguinem trita naribus indita fistit, & magis radice. Cartilomata & sordida ulcera sale addito. Item luxata. Sanat & paucos, parotidas carnesq; ab ossibus recedentes. Semem potum cum sapo vnuas strangulantes aperit. Et pro fluvia naruum fistit impositum. Vomitiones in aqua multa sumptu a cena faciles presta: duobus obolis, uno autem in vino poto: lassitudines recreat, potum in sapo: resistit stomachi inflationibus. Orthopnoicisq; prodest cum melle, & thosracem purgat eodem eligitate. Et lateri medetur cum semine lini-

*vtricis litora.
grisea exporsit
at.
vtrica tij.
ta sanguis
nō fistit*

80

Addunt isopum & piperis aliquid. Hypocrates vuluam purgari poto eo pronunciat. Articulatis moibis & podagricis plurimū cum oleo vetere aut folia cum vrsino adipe trica imponunt. Ad eadem radix tusa cum aceto: nō minus utilis. Item lieni. Phanias phisicus utilissimā cibis coctam conditā ve professus; a terē tussi: ventris distillationi: stoniachio: pauis: parotidis: pernionibus cum oleo. Sudorem coctā cum conchilis eicere. aluum cum ptisana. peccus purgare multierūq; mēses cū sale. vlcera q̄ serpunt phibere.

Succus expressus illitus fronti: sanguinem iaurium sifit. Semē messibus colligi oportet. Alexandrinum maxime laudatur ad oia hec. Et minores quidē vrtice tenereq; efficaces. Sed precipue silvestris illa. Et amplius lepras in facie tollit e vino porta. Si quadrupedes fetum non admittant: vrtica naturam fricandā monstratur.

Ca.xxi. De elittropio adianto
calitrico siue politrico.

Helitropii miraculum sepius diximus: cū sole se circūagens: etiā nubilo die, tantus sideris amor est: nocte velut desiderio cōtrahit ceruleū florem. Helitropiū vertrucas radicē excludit. excrescētia q̄ in sedibus. Seminis grana q̄ttuor pdesse quartanis pota. tria tertianis, vel si herba ter circūligata subicitur capiti. Magi quartanis quater tertianis ter helitropiū alligati subēt ab ipso egio imprecaziōq; cum sole eum iterum se & cū nodis liberandū. Et ita face e nō exempta herba. Adianto miraculū estate viret. Bruma nō marcescit, aquas respuit mersum refusumq;. Sicco simile est: ranta dis sociatio deprehēditur. Quidā calithricū vocant alii politriticū: vtrūq; ab effectu. Tinctit enī capillum. Et ad hoc coquitur vino cum semine appii adiecto oleo copiose vt crispum densumq; faciat. De sinere autē prohibetur. Duo genera etus. cādidius & nigrum breuiusq;. Id quod breuius polithicū: aliqui titomanes vocant. Vtrī q̄ ramuli nigro colore vitent: foliis filicis. Ex quibus inferioria aspera & fusca sunt. Umbrosas petras: parietūq; aspergines ac fontium, maxime species sequitur: & saxa manantia. quod miratur cum aquas noui sensiat. Calculos e corpore mire pellit frāgitq; vtrīq; nigrum. Quadē causa potius q̄ q̄ i saxis nasceretur: & a nostris saxifragum appellatum crediderim. bibitur ex vino q̄tum terni decerpere digitū.

Ca.xxii. De boletis suspectis.

Quotundā ex his facile noscuntur venena diluto rubore: raucido aspectu: liuido intus colore. Si serpentis cauerna iuxta fuerit: si patescentes primo adhalauerit: capaci yenenorum cognatione:

ad virtus accipiendo Itaq; caueti cōueniet priusq; se condant serpentes . Boletis quidē ortus occasusq; ad dies.vii.

Ca.xxiii. De simplicibus & eoī mixtura.

Quas habet vtilitates admixtio : immēsum est referre , & nos simplicia tractamus : quoniā in his naturam esse apparet : in illis conjecturam sepe fallacem : nullis satis custodita in mixturiis cōcordia nature ac tepugnantia.

Ca.xxiiii. De natura mellis
multeq; eius vtilitates , & in
uectiuā quedam : contra cōpositiones.

Mellis natura est vt putrescere corpora non sinat . Iocundo sapore atq; nō aspero: Vtile pleuriticis decoctū. Item vulneribus a ferpe te percussis . Et cōtra venena fungorū Paraliticis in mulso . Vsus despumati semper aptior . Stomachum tamen inflat , bilem auget fastidiū creat . & oculis per se inutile aliqui arbitrantur . Naturā prenoscere volētibus : in mellis operibus & aqua mulsa tractari debet . Duo mellis opera . subita ac recētia : altera inueterata . Repentina despumato inelle preclarām vtilitatē habet in cibo egrotantium legi . hoc est alice elute , vitibus recreandis , ore stomacho q; mulcendo , ardore refrigerando , frigidam enim vtilius dari ventri molliendo . Inuenio hunc potum bibendū alissosis . Item antī mi humilis & preparci qnos illi dixerit microposmos vel mycropsī cos . Est & ratio subtilitatis in mense a platone descendens . Corpusculis terū leuibus scabris angulosis rotūdis : magis aut minus ad aliorū naturā accedētibus : Ideo non eadē illi amara aut dulcia esse . Sic & in lassitudine prouiores eē ad iracūdiam & in siti Ergo et hec animi asperitas seu potius anime dulciore succo mittigatur : lenit tansitū spiritus & molliores facit meatus : ne scindāt euentem redenntemq;. Experimenta in se cuiq; nullius nō tra luctusq; & tristie : oīs animi ipetus cibo mollitur . Ideoq; obseruāda sunt q; non solum corporum medicinā ; sed & morū habēt . Aqua mulsa & tūscentib⁹ vtilis redditur . Calefacta icitat vomicones . Inueterate autē vsum dānauere posteri . Minus innocētie aqua : minusq; vino firmū longa tñ vestutate trāsit in vinū . vt constat inter omnes . Stomacho tñ inutilis sinu in veriusq; contrariū . Semper mulsum ex vetere vino vtilissimū . facilimeq; cum melle incorporat . quod in dulci nunq; euenit . Ex austero factū non implet stomachum neq; ex decocto melle . Minusq; inflat quod sere euenit . Aluū mollis frigido potu plurib; calido sifist . Corpora auget . Multi senectaz longā mulsi tantū tollerauere neq; alio ylo cibo . Celebē

81

polionis tomuli exemplo: quem centesimum annum excedentem
cum diuus augustus hospes interrogaret: quanā ratione maxime vi-
gorem illū animi corporisq; custodisser: ille respondit intus mul-
so foris oleo. Regius morbus curatur mulso.

Non fecit cerata, malaginata, emplastra, collitia, antidota parēs
illa natura: ac diuina teruꝝ artifex, Officinarū Imo verius auaricie
cōmenta sunt. Nature quidē opera absoluta & perfecta gignunt
paucis ex causa: nō ex conjectura rebus assumptis: vt succo aliquo
sicca temperant ad meatus: aut corpore aliquo humentia admixus
Scrupulatim quidē colligere & admistere vires non conjecture hu-
mane opus: sed imprudentie est. Nos nec indicarum, nec arabiz
atum mercium: non externi orbis actingimus medicinas. Non
placent remediis tam longe nascentia. Non nobis gignuntur, ne
illis quidem: alioquin non venderent. Odorum causa vnguento-
rumq; & deliciarum si placet: etiam superstitionis gratia emanuntur:
quoniam thure supplicamus & costo. Salutem autē sine his posse
constare vel ob id probabimus: vt tanto magis sui delicias pudeat
Sed medicinas ex floribus coronamentis & hortensiis queq; man-
duntur herbis prosecuti.

Ca.xxv. Medicine ex frugibus.

Milio s̄istitur aliuus, discutuntur tormina. In quem vsum torretur
ante, Neruorum doloribus & aliis: feruens in sacco ponitur, neq;
aliud vtilius: quoniam leuissimum mollissimumq; est: & caloris capacis
stimum. Itaq; talis v̄sus est ad omnia quib; calor profaturus.

Ex frugibus fiunt potus, zitim in egipto, celia & cerea in hispania,
ceruisia & plura genera: in gallia aliisq; prouintiis, quorum
omni spuma: cutem feminarum nutrit.

Eos qui pane hordeaceo vtuntur: morbo pedum temptari negant;



Iber, xxiii. De medicinis ex vino aceto & oleo p̄ro
fici & cetera;

Ca.ii, medicinē vñarum. Et dispntatio
an plurib; proſit vñū aut noceat. vtili-
tates vñi ad homines & bruta & cetera.

Innocentiores sunt vne que decepte diu pep̄ederunt, qua ven-
tilatione vtilas sunt stomacbo, & egris. Nam & refrigerant leuitat
et fastidium auferunt. Que autem in vno dulci condite fuere

caput temptant. Proxime autem sunt pēsilibus in palea feruata. Nā & vinaceis seruare: caput & vesicam & stomachum infestant. Sistūt tamen aluum. Sanguinē excreantibus utilissime. Que vero in mu sto fuere: peiorē vim q̄ in vinaceis. Sapa quoq; stomacho inutiles facit. Saluberrimas putant medici: in aqua celesti seruatas: etiā si minime iocūdas. Sed voluptatem eorum in stomachi ardore sen sient. & in amaritudine iecoris fellisq; vomitione.

Vne flore in cibis si edere gallinacei: vuas non attingunt. Sar menta earum in quibus acini fuere: alstringendi vim obtinent. Hi sunt qui in vino capit is dolorem faciūt. Tostitritiq; stomachoviti les. Inspargitur farina eorum polente modo: dissintericis: celiacis: & dissolutis stomacho.

Quippe cum sit tardum dictu: pluribus pro sit vinum an noceat: p tereaq; ancipiti euentu potū statim auxilio sit aut venenum. Nos ista romana grauitate artiumq; liberalium appetentia: non vt me dici: sed vt iudices salutis humane salubriter distinguemus

Vino aluntur vires, sanguis hominumq; colos. Hoc quoq; di stat orbis medius & mitior plaga a circumiectis. q̄tum illis feritas facit roboris: rancor nobis hic succus. Lactis potus ossa alit. frugum neruos, aque carnes ideo minus ruboris est in corporibus il lis: & minus roboris. Contraq; labores patientie. Vino modico nerui iuvantur. copioso ledōtur. Sic & oculi. Stomachus recreatur: appetentia ciborum inuitatur. Vetus copiosiore aqua miscetur, magis nouum vrinam expellit. Minus siti resistit. Dulce minus inebrīat, sed stomacho innat. Corpus augere volentibus; aut mollire aluum; conducit inter cibos bibete. Contra minyentibus aluumq; cohíbentibus; sitire in edendo, postea paucum bibere

Vinosos dicimus hoies q̄ soli animaliū non sicientes bibimus. Aq porū interponere utilissimū itēq; iugis supbibere ebrietati, quāquidem frigide potus: extēplo discutit. Cardiacis i māma leua merū in spongiis imponi pdest. Ad oia maxime albū in ueterafcens. Ut liter etiam fouetur vino calido virilitas iumentorum. quo etiā infuso cornu: lassitudinē auferri aiūt. Simias quadrupedesq; quibus digiti sunt negant crescere assuetas vini potu.

Melius vinnm si invasis pix affuerit. Marmore enim & gipso & cal ce cōdita: quis non etiam validus expauerit. Resina condita: frigidis stomachis tilla existimantur. Nouitium resinatum nulli con ducit. Capitis dolorem & vertigines facit. Innocentius pice sola cōditum. Sed picem meminisse debemus: non aliud esse: q̄ combu

ste resine fluxum. Hoc genus vini calefacit. concoquuntur. purgat. per
etori ventri utile. veteri reumatismo. exulcerationi. ruptis. contuul-
sis. vomicis. neuorum infirmitati. inflationibus. tussi anhelationi-
bus laxatis in succida lana impositum. Ad omnia hec utilius id
quod sponte nature sue picam recipit. picatumque appellatur. Car-
diacorum morbo spem vnicam in hoc vino esse certum est. Sed id
dandum quidem: non nisi in accessione censem. alit in remissione
Illi ut sudorem cohercet: hi quia tutius putant Minuente se mor-
bo: quod pluriū sententia video. Darivtque non nisi in cibo debet. nec
a somno nec precedente alio potu. Hoc est utique scienti: & non ni-
si in desperatione summa. & viro facilius quam femine & seni quam inueni
Hieme gestate. assuetis potius quam expertibus. Modus dandus: pro ve-
hementia vini cyatum duobus aque miscere. Si dissolutio sit stoma-
chi dandum. Et si cibis non descendat.

Capitulum tertium de aceto & feci-
bus multas utilitates assignat con-
tra venena & alias corporis incō-
moda.

Aceto summa vis est in refrigerando: nec minor in discutien-
do. Ita fit ut in fusso terre spumet. Per se haustū fastidia discutit. Si-
gultus cohabet. Sternutamenta olfactu. Vm in balneis aestus ar-
acet tentum in ore. Multorum stomacho utiliter gargantisatur cum
aqua. Cum eadem conualescentiū & a solis ardoribus. Oculis quo
quam illomodo saluberrimum. Item lepris furfuribus vleribus ma-
nabitibus. canis mortibus scorpionum ictibus. muris araneis. Co-
tra omnium aculeatorum venena & puritus. Calidum in spongia
appositum: aut adiecto sulphuris aut isopi faciculo: medetur se-
dis vitiis in sanguinis fluxione: post excisos calculos et omnes ali-
as rosiones: foris in spongiis impositum. intus potum cyatis bis
nis quam certime. Conglobarum utique sanguinem discutit. Vesice no-
cet. neuorumque infirmitatibus. Nuper ab aspide calcata per-
cussus utrem aceti ferens: quotiens deposuerit: sensiebat ictum:
alias illeso similis. Intellectū ibi remedium est. potuque succussum

ad pernici-
sus. by acetum
olfactu. adi-
que piperi.

3 approp-
riatus.

Neque altero os collidunt venena exugentes. In totum vomitrix
vis hec non nisi ciborum modo est verum & rerum plurimarum.

Saxa rumpit infusum: que non superfit ignis antecedens. Ci-
bos & sapores non aliis magis succus comedat aut excitat. In quo
volumitigat: tosto pane aut vino. vel accendit pipere ac lasare. Sale

compescitur M. agrippa supremis annis cōflictatus graui morbo
pedū : cū dolorem eū ppeti nequiret medici portetosā sciētia igno-
rante diuō augusto tāti putauit v̄su pedū sensuq; oī catere: dūmo-
do & dolore illo careiet : demersis in acetum calidum cruribus in
acerrimo impetu moib; euasit.

Fex vini sicca vel madida : cōtra phalangias : & testū māmarūq;
inflammatiōnes : vel in quacūq; parte corporis . Cū expirauerit quoq;
lauandis corporibus & vestibus vtilis. tuncq; vsum a cacie habet

Fex eius s̄istit mulierū menses. Sacros ignes cū cera. Māmas la-
etis sui ipatientes eadē extinguit. Vngues scabros aufert . Cōtra
canis morsus. Et hec cremata ampliat vires. Tunc addita lentisci-
no oleo nocte vna ruffat capillos.

Ca.iii.de oleis & foliis eius.

Succus foliorū olei veteres lacrimationes sanat . & genar; corrosi-
ones. Exprimis autē sncc⁹ tuis effuso vino ex aqua celesti. Siccatuſ
q; in pastilos digerit. S̄istit mēles in lana admotus value . Vtilis
& saniē emanātibus ignibus sacris queq; serpūt vlcera. Oliue albe
stomacho vtiliores . vētri minus. Preclarū habent anteq; cōdianz
vsum : recētes p se cibi modo deuorate. Meden̄ enim atenoſe yri-
ne. Item dentibus aut atritis aut conuulsis.

Ca.v. De oleo coctiuo amigda

lmo & laurino

Omni oleo mollitur corpus . vigorēq; accipit & robur . Stomacho
coutrarium : lassitudinum perfrictionumq; remedium est . Vetus
magis excalfacit corpora . magisq; discutit sudores ; duricias ma-
gis diffundit. Et si vetusti non sit occasio: decoquitur vetustatem re-
presentet. Oleum amigdalimum purgat mollit corpora. Cutem
erugat . nitorem commendat. Prodest & auribus cum rosaceo &
melle & mali punici germine decoctum. Vermiculosq; in his necat
& grauitatem auditus discutit . Sonos incertos & timitus obiter

Capitis dolores & ocnlorum. Medetur furunculis : & a sole v̄stis
cum cera. Perse vero capiti ilitum somnum allicit.

Oleum laurinum vtilius quo recentius . quoq; viridius colote. Vis
eius excalfactoria. Ideo paraliticis : sugilatis : capitis dolorib; in
ueteratis: distillationibus in calice punici calfactum illinitur. Simi-
lis & mirtei olei ratio.

Ca.vii.de malis cotone

is & lanugine eorum.

Cotonea costa suauiora. Cruda tñ dūtaxat matura profunt san-
guinem excreantibus ac dissintericis, colericis, celiacis. Nō idem

possunt decocta: quoniam amittunt constringentē illam vim succi. Imponunt & pectori in febris ardoribus. Et tū decoquuntur in aqua celesti ad eadem que supra scripta sunt.

Lanugo eorū carbunculos sanat: cocta in vino & iusta cū cera. Alopeciis capillum reddunt. Que ex his cruda in melle conditūt: aluum mouent. Mellis autem suavitati multū adiciunt. Stomachō q̄ id utilius faciunt. Fit e cotonis succus cū vino dulci tusus: utilis celiacis & iocineri. Radix eorū circūscripta terra manu sinita capitūt: ita vt qn̄ facit dicat que capiat: & cuius causa. Sic ad alligata strumis medetur.

Dividuntur mala: celesti aqua madescant fere tribus diebus. Hec bibitur frigidā celiacis & sanguinem excreantibus.

Ca. viii, de pīris & earū obseruatiōnibus. De fīcis cesarīs antīdoto mītridatis auellanis castaneis & ceteris.

Pirum silvestre tardissime maturatur concidit suspensum q̄ sic catur ad sistendā aluum, quod & decoctū eius potum prestat. Decoquuntur & folia cū pomo ad eosdē vsus. Pira aduersantur boletis fungis: pelluntq̄ pondere & pugnante suco. Pirorū ligni cinis contra fungos etiānum efficacius p̄ficit. Mala pīraq̄ portatū iumentis: mire grauiā sunt vel pauca. Remedio aiunt esse: si prius edenda dentur aliqua: aut ytīq̄ ostendantur.

Fīci succus lactens aceti naturam habet Itaq̄ coaguli modo lac contrahit. Excipitur ante maturitatem pomi, & in umbra siccatur ad aperienda vīcera, cienda mēstrua: appositus cum luteo ouī: aut potus cū amylo. Pod agris illinitur cum farina fenugreci. & acetō, pilos quoq̄ detrahit, palpebratū scabiem emendat. Item lichenas & psoras, aluum solvit. Lactis fīculini natura aduersatur crābrorum vesparūq̄ & similiū venenī, priuatum scorpionum. Idē cum axungia verrucas tollit. Folia que nō maturuere fīci; strumis illinuntur, omnibus q̄ que emolliēndā sunt discutienda ve. Prestat hec & per se folia. Canum rabiosorum morsus folio trito ex acetō restringunt. Senibus fīcus meliōrem valitudinem faciunt. Minusq̄ rugarum. Sitim sedant, calorem refrigerant. Ob id non negande constrictis: quas steganas vocant. Vocē contrarie intelliguntur. Novissime salubriores q̄ prime. Sicce fīci stomachum ledunt. Gururi & faucib⁹ maxime utiles Natura his exculſaciendi. Sitim afferunt aluum mollunt. Rheumatismis eius & stomacho contrarie. Vesice semper utiles & anhelatoribus & suspriosis. Item iocinerum renūm liēnum vitiis. Corpus & vires adiuant. Ob id

ante athlete pascebatur hoc cibo. Pithagoras exercitatores primus
eos ad carnes transtulit. Recolligentibus se a longavalitudine
lissime. Item comitualibus & idropicis. Omnibusqe que maturada
aut discutienda sunt imponunt: efficacius calce: aut nitro impost
to: & admixto. At cocte cū isopo pectus purgant. & pituitā. Tūs
sum veterem, cum vino autem ad sedem & tumorem maxillarum.
Aluum sistunt manducae. Carbunculos extrahunt etim vino cocte
& imposito. Produnt si quis inclinara arbore supino ore aliquē no
dum eius morsu abstulerit nullo vidente atqe in alita ligatum litio
ex collo suspenderit: strumas & parotidas discutit. Cortex tritus
cum oleo ventris ylcerā sanat. Cerasa aluum molliunt, stomacho
in ytilia. Eadem sicca aluum sistunt. vrinā ciunt. Inuenio apud au
tores: si quis matutino rostida deuoret cum suis nucleiis: intaniū
leuari aluū: vt motbo pedes liberentur. In sanctariis nutritatis
maximi regis pompeius inuenit: in peculiari commentario ipsius
manu: compositionem antidoti: e duabus nucib⁹ siccis: Item fi
cubus totidē: & ruta foliis. xx. simul tritis: addito salis grauo: & quod
hoc ieunus sumat: nullum yenenum nocitrum eo die: Contra ra
biosi quoqe canis morsum.
Auellane capitis dolorē faciūt & inflamatiunē stomachi. & pingue
dini corporis conferunt plusque sit verissimile. Toste & distillationi
medentur. Tūsi quoqe veteri: irite & in aqua mulsate
Castanee vehementer sistent stomachi & ventris fluxiones aluum
ciunt, sanguinem excreantibus prosunt. Carnes alunt.



Iber. xxiiii .memorande medicine ex arboribus sil-
uestribus.

Ca.i.improbat difficiles medicorū
compositiones.

Hec sola nature placuerat esse remedia parata vulgo: Inuentu fac
ilia, ac sine impendio ex quibus viuimus. Postea fraudes hominū
& ingeniorum capture officinas inuenere istas: in quibus sua cui-
qe homini venalis p̄mitit vita. Stant compositiones, & mixture
inexplicabiles decantantur. Arabia atqe india in medio estimant:
Viceriqe paruo medicina a rubro mari imputantur: Cum remedia
vera pauperrimus quisqe cenet. Nam si ex horto aut petatur her-

ba vel frutex queratur; nulla artis vilius fiet. Paremus externis.
Et una artium imperatoribus quoque imperat.

Ca.v.de fago.

f Agi folia manducatur in gingiuari labiorumq; vitiis. Calcu
lis; glandis faginee cintis illinitur. Item cum melle alopeciis
Ca.viii.de platanis fraxino populo,
vlmo tilia sambuco medicinae

Folia & cortex platani. Illinuntur collectionibus & supputatio
nibus. & decoctum eorum. Corticis in acero dentium remedium est
Folia eorum teneriuna in vino albo decocta & oculorum. Fraxini
foliis femen inest: que medentur tocineris & lateris dolobus in
vino. aqua que subit cutem extrahunt. Corpus obesum leuat onere

Populi albe corrix potus ischiadicis strangueque prodest. foli
orum succus calidus aurium dolori. Virgam populi in manu tenen
tibus intertrigo non metuatur

Populi nigre senien comitialibus ex aceto vtile, fundit illa & resi
nani exiguum: qua vtuntur ad malaginata. Folia podagriss in ace
to decocta imponuntur. Humor e causis populi nigre efficiens ver
ticas papulas q; ex attritu tollit.

Vlm & folia & cortex vim habent spissandi & vulnera contrahen
di. Cortex iuertor tylie lepras sedat. Et folia ex aceto ilita. Corti
cis denarii pondus potu in hemina aque frigide aluum purgat. Pi
tuitas & aquas priuatum trahit. Imponitur & collectionibus lacri
ma, humor in folliculis huius arboris nafcens: cuti nitorem indu
cit faciemq; gratiorem facit. Folia trita aqua asperfa peduz tumo
ri. Humor quoque medullavit diximus castrati arboris: capillu edit
capiti ilitus: desuenteq; continet. Arbor tilia leuiter tusa ad ea
dem fere vtilis est. atq; oleaster. Sambuci cauliculi in aqua mace
rantur, ea pars pulices necantur. foliorum decocto si locus spar
gatur muste necantur.

Ca.x.de silere & hedera

Sileris folia ilita fronti: capitis dolores sedant. Eiusdem semine
tritum pthiriales coherget. Serpentes & hunc fruticem refugunt.
Baculumq; rustici ob id ex eo gerunt. Succus hedere tedia na
rrium graue olentiamq; emendat, precipue albe fatiae. Idem infus
sus naribus caput purgat. Efficacius addito intro infunditur: eti
am purulentis auribus aut dolentibus cum oleo. Cicarricibus quo
que decorum facit. Ad lienes efficacior albe est ferro calefactus. Sa
risq; est acinos sex ciathis duobus sumi. Acini quoque ex eadem als
bateri in aceto mulso poti: tinea pellunt.

Acini qui croci succum habent presumpti potu a crapola tutos
prestant. Item sanguinem excreantes aut tormentibus laborantes.

Lacuna hedere psilotrum est: pthiriasim tollit, flos cuiuscumq;
genetis tritum digitorum carpu dissente ricos & altuum citam eme
dat vino austero bis die potus. Ambostis utiliter linitur cum ceram

Huius ligui vase spleneticos bibentes sanari inuenio. Incidunt
tut succi gratia: eoque virtutur ad dentes erosos frangitq; proximis
cera munatis ne ledantur.

Ca. xi. De arundine papiro
hebene gumi, amigdalo.

Vulgaris arundo extactoriam vim habet: recens tusa non in ra
dice tantum. Multum enim & ipsam arundinem valere tradunt.

Medetur & luxatis & spine doloribus radix in aceto ilita. Eadē
recens trita & in vino pota venerē concitat. Arundinum lanugo ili
ta auribus obtundit auditum. Papiro precipue utilitates cum in
atuere: ad laxandas siccandasq; fistulas: & intumescendo: ad in
troitum medicamentorum aperiendas. Charta que sit ex ea crema
ta: uter caustica est Cinis eius ex vino potus somnū facit. Hebet
scobem oculis mederi putant. Lignoq; ad corem trito cum passo ca
liginem discutit. Ex aqua vero & radice albugines oculorum. He
benum medici inter erodentia assumunt. Gumi genera sangu
inem coagulat. Ideo reicientibus sanguinem prosunt. Itē ambustis
arterie vitius, vrinam ciunt. Amatitudines hebetant.
Ex amigdalo amaro est spissandi viribus efficacior. Habet excal
factorias vires. Preponuntur autem prunorum cerasorum vitium.
Stringunt ilite & siccant. Ex aceto infantium lichenas sanant. Pro
funt tussi veteri quatuor obolis in mixto potis.

Ca. xiii. De taxo
et rubo medicine.

Taxi arboris fumus mures necat. Nec rubos ad maleficia ta
tum genuit uatura. Ideoq; ex eis mora bestiis vel hominibus cibos
dedit. Vim habent siccandi, astringendi, gingmis tonsilis, ge
nitalibus accommodatissimi. Vrnam ciunt. Caules eorum teneri di
niduntur exprimiturq; succus. Mox sole cogitur in crassitudinem
mellis: singulari remedio contra mala oris oculorumq; sanguineq;
excreantes auginas: yuluas: fedes: celiacos potus aut ilitus. Oris
vitius etiam folia comanducantur. & vlceribus manabitibus aut qui
buscuiusq; in capite illinuntur. Cardiacis vel sic per se imponitut a
mama sinistra. Item stomachi doloribus: oculisq; procedentibus.
Instilaq; succus eoz aurib^o. Sanat & codilomatā cū rosaceo cerato,

Calculorumq; ex vino decoctum presentaneū temedium est. Item per se in cibo sumpti cyme modo aut decocti in vino austero: labātes dentes firmant, aluum sistunt & profluvia sanguinis. Dissente ticias prosunt. Siccantur in ymbra vt cinis crematorum vuam repr̄mant. Folia arefacta & contusa: lumentorū vulneribus utilia traduntur. Moraque in his nascuntur efficaciorem stomaticen pre buere: q̄ satiū morus. Eademq; compositione: vel cum hipostis scide tantum & melle bibuntur. In colera & a cardiacis, & contra araneos. Inter medicamenta que stipticavocant nichil efficacius rubi mora ferentis radice decocta in vino ad terrnas partes: vt colluantur eo oris vlcera & sedis foueantur. Tanta vis est vt spongie tpsē lapidescant. Alterum genus rubi in quo rosa nascitur: gignit pillulam castanee similem precipuo remedio calculosis.

Ca.xix.

Herba quecumq; ei ruis aut fluminib; ante solis ortum collecta vt nemo colligentē videat: contra tertianas ad alligata leuo brachio (ita vt egr quid sit illud ignoret) tertianas arcere traditur.

Gramē capiti circū datum: sanguinis fluxiones et naribus fistit.



Iber. xxv. Post arbōtum medicinas agit de medicinis que sunt ex herbis.

Capitulum primum. De labore antiquorum in experiendo.

Nichil intemperatum inexpertumq; priscis fuit. Nichil deinde occultatum quod non prodeſſe polteris vellent. At nos elaborata his abscondere cupimus, ac fraudare vitam etiam alienis bonis.

Ita certe recondint qui pauca aliqua nouere inuidētes aliis: & neminem docere: in auctoritate scientie est. Tantum ab ex cogitādis nouis ac admitanda vita mores absunt. Summumq; opus in geniorum diu in hoc fuit: vt intra vnumquēq; recte facta veterum peritent. Etiam qui sciunt demonstrare nolūt: tanq; ipsis peritum sit quod tradiderint aliis.

Ca.ii. Qui & quomodo vites herbarum inuenere. preservatio a veneno in eosq; inuehit qui pingunt herbās.

Mittidates maximus sua etate regum: cogitatum cotidie yenenū

hibit presumptis remediis ut consuetudine innoxium fieret.
Crateras & metrodorus ratione blandissima: sed qua nichil pcne
aliud q̄ rerum difficultas intelligatur: Pinxe e effigies herbarū at-
q̄ subscripsere effectus. Verum & pictura fallax est: ex coloribus
tam minosis: presertim in emulatione nature, multiq; degenerat
transcribentium sors varia. Preterea parum est singulas earum eta-
tes pingi: Cum quadeam partitis varietatibus: anni faciem mutet.

Durat persuasio in magna parte vulgineficiis & herbis cogi-
In eo namq; feminarum scientiam perualere. Certe quid nō re-
pleuere fabulis: colchis: medea alieq;. Imprimisq; italica circe:
diis etiam ascriptas. Multiq; circeos agros in quibus ipsa habi-
tauit: in magno argumento: etiam durante in mari a folio eius or-
ta gente: quos esse domitores serpentium constat. Homerus qui
dem primus antiquitatis & doctrine parens: multis in admiratio-
ne círces gloriā herbarum egipcio tribuit. Pitagoras clarus sa-
pientia: primus volumē de earum effectu compositus. Apolini estu-
lapiocq;: & in totum diis imortalibus inuentione & origine assigna-
ta. Composuit & democritus. Ambo peragratis persidis: arabie:
ethiopie: egipciq; magis. Adeoq; ad hoc attonita antiquitas fuit
ut affirmaret etiam incredibilia dictu. Dixit democritus: Credi-
dit theofrastus: esse herbam cuius contactu. illate ab alite quam re-
tulimus exiliret cuneti a pastoribus arbori adactus. Que etiam si
fidearent: admirationem tamē implent. coguntq; confiteri: mul-
tum esse quod vero supersit. Iuste & plerosq; video existimare ni-
chil non herbarum vi effici posse: sed plurimarum vites esse igno-
tas. Quorum numero fuit herophilus: clarus in medicina: a quo
ferunt dictum: quasdam etiam calcatas prodeſſe. Obſeruatum cer-
te est: inflamari vulnera ac morbos: super ventu eorū qui pedib⁹
iter confecerūt. Quippe in repertis alias inuenit casus. alias (vt
ita dixerim deus. Insanabilis ad hoste annos fuit rabidi canis mor-
sus: pauorem aque potusq; omnis afferens odium. Nuper cuius-
dam militantis in pretorio mater vidit in quiete: radicem silvestris
rose (quam cinorhodium vocant) quanq; blanditam sibi aspectu pri-
die in fruteto miceret folio bibendam in lacte.

Ca.iii. Qui inter mor-
bos sit grauiſſimus.

Qui grauiſſimi e morbis sint: discernere stulticia prope videri po-
test: cū suus cuiq; ad presens videatur atrocissimus. Et de hoc
tamen indicauere experimento asperitos cruciatus esse: calculo

rum a stillicidio vesice. Proximum stomachi. Tertium eorum qui in capite doleant. Clodium equitē ro. magnitudine doloris in podagra coactum veneno crura perunxisse. Et postea caruisse ser-
su omni eque q̄ dolore in ea parte corporis. Luculum imperatorē clarissimum amatorio poculo perisse.

Ca. iiiii. De mercuriali, teucria
herba elebore vtroq;.

I Inosostis sive parthemō a mercurio inuētas est, apud grecos hermipoan: nos mercurialem. Duo eius genera, masculus, femina: que efficacior, caule cubitali interdum ramoso in cacumine. Octimo angustioribus foliis. geniculis densis. semine in geniculis dependente. feminine copiose. mari iuxta genicula statim ratiore, ac breui contortoq;. semine soluto & candido. Folia q; maribus nigrora, feminis cādīdiora. Radix supuacua ptenuis. Nascentur in campestribus cultis. Mirum quod de vtroq; prodit. Ut mares gignantur hunc facere; ut feminine illam. Hoc contingere si a conceptu succus protinus bibatur in passo. edaniur ve folia decocta: ex oleo & sale vel cruda ex aceto. Quidam decoquunt eam in nouo fictili cum helitropio: & duabus aut tribus spicis: donec decoquatur. decoctum dari iubent. & herbam ipsaz in cibo altero die purgationi mulieribus per triduum. quarto die coire eas a balneo. Hipocrates miris laudibus in mulierum suū predicauit eas. Instilauit auribus surdis succum, inunxitq; cum vino vetero. Aluo foliū imposuit. epiforis, strangurie & vesice. Aluo quidem soluende vel in febri decoquitur: quātum manus capiat in duobus sexariis aque ad dimidias. bibitur sale & melle admixto. Nec nō cum vngula suis aut gallinaceo decoctum salubrius. Purgatoris causa: putauere aliqui vtramq; dandam siue cum malua decoctum. Thoracem purgant, bilem detrahunt. sed stomachum lessunt.

Inuenit teucer herbam teucriam quam quidam hermeneō vocant. Spargentem iuncos tenues folia parva asperis locis nascentem. austero sapore. nunq; florentem, neq; semen gignit. Medetur liesnibus. Constatq; sic iuuentem: Cum exta. super eam. protecta essent: fertur adhesisse lient. ob id Inanisse. Ob id a quibusdā splen mon vocatur. Narrant siues qui radicem eius edunt sine splene inueniti.

Pastorem vidisse
Tradunt capras elebore purgatas. datoq; lacte eatum: sanasse pat-
m ii

sotidas furentes. Nigrum eleborum ubiqꝫ prouenit. Nigro equi, boues sues necantur. Itaqꝫ cauent: id cum candido vescatur. T  pestuum esse tradunt messibus. C  precatione sol ni hoc & religio suis colligitur. Primum enim gladio circu ribitur. Deinde qui sue cisus est ortum spectat. & precatur ut habeat sibi diis concedentibus facere, obseruatq  aquile volatus, fere enim secantibus interest. Et si prope aduolauerit mortitum illo anno qui succidit augurium est. Nec album facile colligitur: caput agrauans maxime nisi presumatur allium: & subinde vinum soibeatur: celeriterq; fodatur. Quondam terrible, postea tam promiscuum: vt pleriq  studiorum gratia ad prouidenda acrius que commentabatur sepius sumptauerint. Carneadem responsorum zenonis libris. Druſum tribunorum popularium clarissimum constat hoc medicamente comiciali moibo liberatum: in anticyra insula. Ibi enim tutissime sumitur. Italia veratrum vocat. Ex aqua datur ad molliter leniend  aluum. Plurimum dragma, medice obolis quatuor. Mistuere aliqui scamoneam, sed iutius salem. Verrucas tollit c  scamis eris & sandaraca. Scabiem quadrupedum cum thure & cera: pice vel c  piceleo.

Album terribilis nigro. Namq; tradunt absumi carnem si cum ea coquatur. Galli sagittas invenatu eleboro ringunt. Circu is o  vulnere: teneriorem lentiri carnem afflunt. Musce necantur ab bo trito & cum lacte sparso mures polenta admixtum necat.

Ca.vi. de centaurea

Centaurea cutatus dicitur chiron: cum herculis exceptus his spinio pertractanti arma sagitta excidisset in pedem, folia sunt lata & oblonga, ferrata ambitu, densa ab radice, caules ternum cubitorum, geniculari. In his capita velut papaverum. Radix vasta, tuberoscens tenera, fragilisq; ad bina cubita, madida, succo amara, c  quadam dulcedine. Nascitur in collibus pingui solo. Vis in vulneribus tanta: vt coherescere etiam faciat carnes si coquatut simul. In vsu radix tantum. Bibenda duabus dragmis, si febris sit in aqua trita, ceteris in yino. Medetur & ouium morbis decocte succus

Ca.viii.de plantagine bullosa betonica celidonia Canaria diptano

Duo plantaginis genera, minor angustioribus foliis & nigro sib  lingue pecorum simillimis caule anguloſo in terram inclinato. In pratis nascens. Altera maior foliis laterum n odo inclusa. q; quia septena sunt; quidam eptapleuron vocantur. Nascitur in hu-

87

midis multo efficacior. Vis mirabilis desiccando densando & corpore: cauterum vicem obtinens. Nulla res eque sicut fluxiones: quas greci reumatismos. Iungitur huic buglossa bovu lingue similis Cui precipuum & in vino deiecta animi voluptates auget
Betonica in gallia in italia ferracula: a grecis crestron ante cunctas laudatissima. Exit anguloso caule: cubitorum duu a radice spargentes folia fere lati serrata semine purpureo. Folia siccantur in farinam plurimos adysus. Fit vinum ex ea: & acetum claritati oculorum & stomacho. tantumque glorie habet: ut domus in qua sit: tuta existimetur a piaculis omnibus.

Animalia quoque inuenere herbas. Imprimis chelidoniam. Hac enim hirundines oculis pullotum in nido referunt visum: ut quidae volunt etiam erutis oculis. Florent aduentu hirundinum. Discessu marcescunt. Florentibus succus exprimitur. & in aereo vase cum melle aclico leuiter cinere feruenti decoquitur: singulari remedio contra caligines oculorum. Utuntur & per se succo in colirii.

Inuenient & canes canariam: qua fastidium deducunt. eamque in nostro conspectu mandunt sed ita ut nusquam intelligatur que sit. etenim depasca cernitur.

Tradunt: archades non medicaminibus vti: sed lacte circa versumq[ue] tunc maxime succis herbe turgeant: medicenturque ubera pastuis. Bibunt lac vacinum quam boues omnino vorifere sunt in herbis. Diptamni genus est. pistologia vocatur quarti generis densis radicis capillamentis iuncis plenioris crassitudine. Hanc quidam pollitizon cognominant. Odor omnium medicatus sed oblonga radice tenuioreque gravior. Nascuntur pinguis locis & campis tribus. Effodere eas messibus tempestuum: ita destammato terreno seruantur. maxime tamen laudatur pontica. Et in quocunque genere: ponderosissima queque medicinis aptior. Rotunda contra serpentes. Oblonga tamen in summa gloria est. etiam modo. A conceptu ad mota vuluis in carne bubula mares figuratis traditur. Piscatores campanie radicem eam que rotunda est venenum terre vocant. Coramque nobis contusam immixta calce in mari sparsero. Aduolant pisces cupiditate mira. statimque exanimati fluitant. Moribus imponitur betonica: precipue cuius vis tantavt incluse circulo eius serpentes ipsi se se interimant flagellando. Datur & ad ictus item eius denarii pondere cum tribus cyathis vini. Vel farina dragmis tribus sextario aque imponitur.

Capitulum undecimum
de acoro & cicuta & secocio,

Nagalida aliqui acoron vocant. Nascuntur in hortis

a & aquosis. Prior floret cerulea. Succus oculorum caliginem discutit cum melle. Et ex iactu cruentem.

Et argema rubens magis cum attico melle inunctis. pupilas dilatat; & ideo hoc inungitur ante iumentorum quoque oculis, mendet. Succus caput purgat per nares infusus: Ita ut deinde vino colluatur, bibitur & contra angues succidragma in vino.

Mirumque femina huius herbe pecora vitant at si decepta similitudine (flore enim tantum distant) degustauere: statim eam que a sima vocatur in remedio querunt: Precipiunt aliqui effossuris ante solem ortum anteque quicunque loquantur: ter salutare eam, tunc sublatam exprimere. Ita precipuas esse vires.

Semini cicute vis refrigeratoria, que si enecat: incipiunt algere ab extremitatibus. Remedium est priusque perueniat ad vitalia vini natura excalaffaccoria. Sed in vino pota irremediabilis existimatur. Anaxilaus auctor est mammas a virginitate ilitas nunquam crescere: Quod certum est lac puerarum mamnis imposita extingunt. Venereumque testibus circa pubertatem ilita. Erigeron a grecis que a nostris vocatur senecio: hanc si ferro circumscriptam effodiatur aliquis tangatque ea dentem & alteruter despuit: acreponat in eundem locum: ita ut viuat herba: aiunt dentem postea eum non doliturum.

Ca.xii. De collutione oris
et dentium. de aristologia
verbena & quinque folio.

Remedio dentibus sunt panacis radix commanducata. Radix hioscyami ex aceto manducata. Et plantaginis radices. Aut colluuntur in aceto decocte succo. Et folia sunt utilia. Vel si sanguine gingue putrefcant: vel semen eiusdem apostemata & collectio-nes ginginarum fana.

Aristologia dentes ginginasque confirmat. Verbenaca cum radice manducata: & decocta ex vino aut aceto succus collutus. Item quinque folii radices decocte ad tertias vino aut aceto. Pruis autem que decoquuntur: aqua marina aur salsa lauantur. Decoctum diu tenendum in ore. Quidam cinere quinque folii fricare mallunt. Et isopo colluuntur & succo pencedani.



Iber. xxvi. De variis morbis & magica.

Ca.i. De nonis morbis.

Primum in italiā carbunculū yetisse anualibus sc̄ptum est; peculiare narbonensis prouintie malum: quo duo consulares obiere.

Ca.secundo.

Hipocratis qui primus medendi precepta clarissime cōdidit: referēta hebatum mentione inuenimus volumina. Erophilo quidem q̄ subtilioris secte conditorī: ante omnes celebratam rationem: eā paulatim ysu efficacissimo retum omniꝝ magistro peculiariter yti q̄ medicine ad verba garrulitatemq; descendere.

Ca.iii. De abusoribus medicine arte falso profitentibus.

Asclepiades etate magni pompeii rhetorice magister: nec satis in ea arte questuosus: (vt ad alia sagacis ingenii) huc se repente conuenit. atq; vt necesse erat homini q̄ nec id egisset; nec remedia nosse oculis ysu precipiēda: torrenti ac meditata oratione cotidie blā diens: omnia abdicauit. totamq; medicinā ad casum reuocando: conjecturam fecit.

Blandimenta excogitabat: fam suspendendo lectos: quorum iactatu aut morbos extenuaret aut somnos alliceret. Iam balneas audiſſima hommum cupidine instituendo. & alia multa dictu grata atq; iocunda: magna auctoritate nec minore fama. Id ſolum possumus indignari vnum hominem ex leuissima gente: ſine opibus vllis orſum vextigalis ſui cauſa: repente leges ſalutis humano generi dedito: quas tamen poſtea abrogauere multi.

Capitulum quartum Irratio artis magice.

Vper omnia magice vanitates intantū euecte: vt abrogare herbis fidē cunctis poſſent. Aethiopide herba amnes ſic cari cōiectu. tactu clauſa oīa aperiri. Achomenide herba coniecta in aciem hostiū: trepidare agmina ac terga vertere. Latacē dari a persarū rege legatis vt quoctiq; veniſſent: oīm teruꝝ copia abundarent. Vbinā iſte fuere: cū cimbri teutoniq; teribili marte vluſatēt. Cur ve romani duces primā ſemp in bellis rationē cōmertiōrū ha- buere? Cur milites famē ſenſerū ſi abundātia oīs cōtingeret vnius herbe felicitate? Nō ſatiuſ fuit emiliū ſtipionē cartaginis portas herba patefacere q̄ machinis clauſtra per tot ānos q̄tere? Apud democritū inuenit cōpositio medicamentū: quo pulchri boniq; ac fortunati gignātur liberi. Cur nunq; perſarū regi talis eſt dedita?

Ca.v. Contra tuſſim medicine.

Quinque foliū medetur & pectoris vitiis, vel quod grauiſſimū est tussi. Huic medetur pauacis in yino radix. Succus hiosciāni etiā ſanguinē excreatibus. Nidorq accēſi tussientibus. Item ſcoridotis mixto naſturtio & resinacum melle tusa arida, facit & per ſe faciles excretiones. Peucedani ſuccus pectoris doloribus & acorum ſubuenit. & ideo antidotis miſcetur, tuffi dancum. Item ſciathi calherba. Eadem omnibus pectoris vitiis tuffi & purulenta excreantibus obolis tribus in paſſo.

Ca.vi. De verbaſcopioſo

ſaluta & contra tuſſim medicinae.

Tribus obolis bibitur verbaſcum cuius flos aureus. Tanta huic vif ut iumentis non tuffientibus modo: ſed illa quoque trahētibus: auxiliatur potus. Quod & de genciana rep̄io. Radix camelēce que tuſſilago dicitur commanducata & in yino madefacta non tuffi tantum: ſed & fauibus prodeſt.

Hiſopi, v. ramis cum duobus rute & ficiſ tribus thoracē purgant de coctis. Hiſopi faciculus cū quadrante mellis decoquif ad tuſſim.

Ca.vii. Ad lateris & pectoris
dolores ſtomachi & cordis.

Betonice farina bibitur cum aqua calida. Plantago ſtomachum roborat per ſe ſumpta in cibo cum lente aliceve ſorbitione. Betonica alias grauiſ ſtomacho: vicia tamē ſanat pota, vel foliis cōman dicata. Hiſopum аſmaticis ſanguinē ſpuentibus ſubuenit. Agaticum victoriati pondere tritum & in mulſa, v. ciatis datū. Betonica dragma vna in calida aqua data cyatis tribus ad cordis vicia. In frigida cyatis duobus.

Siftunt vomitionem cimynum ſiluestre, betonice farina. Sumūtūr ex aqua abſterguntque fastidia. Cruditatesque digerunt: daucum. betonica farina ex aqua mulſa planrago quoque decocta cauliū modo.

Ca.viii. De vitiis ventrīs.

Lutimū negotiū humano generi aliud exhibet: cuius cauſa maior pars mortalium viuit. Pessimū corporū vas. Instat ut creditor & ſepiuſ die appellat. Huius gratia precepit auaricia expeditur. Hinc luxuria conditū. Hinc nauigat ad phasim. Hinc profunda vada exquiruntur. Et nemo vilitatem eius estimat cōſuminationis feditate. Ergo numeroflissima eis circa hanc medicinę opera.

Ca.xi. De nymphea, abſtentia
et appetentia veneris Et podagra.

Venerem in totū adimit nymphea eraclea Eadez ſemel pota in, xl;

dies. Insomnia quoq; veneris a leiuno pota & in cibo sumpta. Ilita quoq; radix genitalibus inhibet non solū venerem : sed affluentā geniture, ob id corpus alere vocemq; dicitur.

Podagre mōrbus rarior solebat esse : non modo patrum anorumq; memoria : verum etiam & nostra. Peregrinus & ipse. Nam si italicē fuisse antiquitus : latinum nomē inuenisset : Insanabilis nō est credendus. Quippe quoniā & in multis & sponte desinit & in pluribus curatur. Medentur & panacis radices cum vua passa. Succus hiosciami cum farina, vel semine scordion ex aceto iheris vt dictū est. Verbenaca cum axungia trita cyclaminis radix cuius decoctum & pernionibus prodest. Podagras refrigerat radix & xiphio semen & psilio. Cicuta cum litargirio aut axungia. Aizon in p̄io Impetu podagre rubentis hoc est calide. Vtrilibet vero conuenit erigeron cum axungia. Plantaginis folia trita addito sale modi co. Argemonia tusa ex melle. Medetur & verbenaca ilita. Aut si pedes macerentur in eius decocto. Salutare est semen eius herbe morbis articulorū : quā psilium appellauimus : madefactum aqua admixtis in hemina semis resine colophonie coclearibus duobus thuris uno. Laudantur & mādragore folia cum polenta tusa.

Ca. xii. Medicinae generales de
pedibus talis articulis .neruis,cō
traq; mōrbos qui totum corpus
occupant. vigilias febres & cetera.

t Alis tumentibus limus aquaticus cum oleo subactus mīte prodest. Articulis succus e centaureo. Idem neruis vtilissimus. Betonica neruis discurrentibus per scapulas humeris spine lumbis pota vt in tocinere. Articulis quinq; foliū impositū. Mandragore folia cum polenta vel radix recens trita cum cucumere silvestri vel decocta in aqua. Cubitorum ac pedū rimis polipodii radix. Articulis succus hiosciami cum axungia.

Epithimi succus clavos pedum extrahit. ladauum cum castoreo. Verbenaca ex vino. Contra mōrbos quī totis corporibus grāssantur: Pauaces oīm generū radices peculiariter longinquis morbis. Et semē inter ranœrū vitiis. Ad omnes vero corporis do lores succus escordio. Item betonica que pota colorē plumbeū corporis priuati emendat. gratioreq; reducit. Plantaginis succus bibitus & ipsa decocta invino & oleo a somno matutino refrigerat. Agaricū potū duobus obolis in passo ; vel dauco cū cētorio maiore in vino ptisicis. Inter mala vniuersi corporis vigilē sunt plerisq;. Hātū remedio mōstratur pauaces ; climento ; aristolochia ; & odore

et peruncto capite. Aizoum siue sedum si inuolutum panno nigro
ignorantis puluino subiciatur. Et onothera siue oncaria hilaritatem
afferunt invino agmina lino. Est folio flore rosaceo fruticosa lon
ga radice; & cum siccata est vinum olente. Hec in potu data feras
quoq; mitigat. Cruditates que nauseam faciunt digerit betonica.
Eadem pota a cena concoctionem facit; In oximellis cyathis trib^o
dragme pōdere & crapulam discutit. Item agaricum post cibos in
aqua calida potum. Paralism betonica sanare dicitur. Item iheris
ut dictum est. Eadem & torpentibus membris prodest.

Comitiales sanantur panacis quam heracleā diximus radice pota
cum coagulo vituli marini. Ita ut sint panacis tres partes. Planta
go pota. betonica in oximelitis dragma. vel agarici obolis tribus
folia quinq^ofolii ex aqua. Sanat & verbenaca ex vino pota. Hyso
pi bacce terne contrite & in aqua pote diebus. xvi. Quinq^ofolii cō
trita folia ex vino sumpta diebus. xxx. in betonica farine pōdo de
niorum. xiii. cū aceti stilitici cyato mellis actici vincia. Seamoniu
obolis duobus cum castoreo dragmis quattuor.

Febres frigidas leutores facit agaricum potum in aqua calida. Ter
tianas sideritis cum oleo. Item Iad anum quod in segetibus nascit
contusum Plantago ex aqua mulsa duabus horis ante accessionē
pota binis dragmis. Vel succus radicis madefacte vel tuse. Vel ipsa
radix trita in aqua ferro calefacta. Quidam ternas radices in trī
bus cyathis aque dedere in quaternis quaternas. Buglossa inare
scēte si quis medulam ex caule eximat dicatq; ad quem liberandū
febre id faciat & alliget ei septem folia ante accessionem : aiunt a fe
bre liberari. Itemq; betonica dragma in aqua mulse cyathis trib^o
vel agaricum maxime in his febribus que cū horrore veniunt. Ver
benaca quidam & iumentorum febribus cum vino medentur. Sed
in tertianis a tertio geniculo incisa. quartanis a quarto. Bibituc
& semē hiperici vtriusq; & horritibus : betonica farina que omnes
horrores coleret. Item panaces adeo excalactoria est natura : ut
per niuem ituris ; bibere id perungi eo precipiant.

Ca. xiii. dolorem tumo
relicq; sanat duritias . te
la infixatrahit . vsta le
nit . profluentem san
guinem stringit.

Dolorem & tumores sanant semen psilif. folia plantaginis tu
fa. addito sale modico. Cicuta cum axungia. Itemque contusa sūt
duritiasq; & sinus corporis. Et tela omnia infixa corpori extra

hunc folia triflaginis, daucū, tritum aqua cum polenta. Ambu
sta sanantur plantagine arctio, ita ut cicatrix fallat. Folia eius aq
decocta illinuntur. Netuis et articulus conuenit plantago cōrīta
cum sale. Argemonia tusa ex melle.

Sanguinis profluum sistit: herbe peonie semē rubrum Eadem
& in radice vis. Ciclaminos vero si ore sanguis reieciatur siue semis
narum vtero. Item plantaginis semen natibus inditum. Quinq
folium potum & ilitum. Cicute semen tritum ex aqua & inditum.

Ca. xiii, de sanguine sistendo adhuc
& remedia ad fracta membra

Nymphaea trita plagi imponitur ad sanguinem sistendum Pē
cedanum cum semine cupressi bibitur: si sanguis per os redditur
fluit q̄ ab inferius. Sideritis tantam vim habet ut quis recenti gla
diatoris vulneri illigata sanguinem claudit. quod facit & ferule ci
nis vel carbo. Per narē autem fluenti & cicute semē n tritū ex aqua
Inditumq̄ efficax habetur. Betonica farina e lacte caprino pota:
sistit ex vbere fluentem. plantagoq; contusa. Eiusq; succus vomen
tibus sanguinem datur. Potatur a ruptis cōuulsisq; ex alto deiectis
centaurium maius. Gentiane radix trita vel decocta vel succus be
tonice

Tamina aceto cocta veste animalibus liberat q̄ corpus edunt.

Ca. xvi, de quibusdam experimen
tis aliis

a Rteniam & elephacum qui habet alligatas: negat lassi
tudinem sentire. Mulieribus morbis medetur maxime in
vniuersum. Artemista vulne medetur trita ex fico. Eiusdem radix
pota intantum purgat ut partus enecatos extraheat. Menses & secū
das citramorum decoctum insidentibus. Item folia pota dragma.
Ad eadem omnia prosumt vel imposita ventri. Immo cum farina or
deacea. Radix verbenace pota ex aqua ad omnia in partu & exp
tu mala prestantissima est.

Dictanni folia preclare dantur in aqua. Constat vnius oboli pōde
re vel si mortui sint in vtero infantes: reddi sine vexatione puerpe
re. Item betonica farina ex aqua mulsa.

Nigritiam capillis dat polemonia in oleo decocta. Item tintima
li succo vel in sole cum oleo ilito: crebro vel euulsis pilis. Quadru
pedum scabiem sanat isopum cum oleo fotum. Vitia omnia cutis
faciei radix acoti emendat;



Capitulum primum. Admitatio antiquitatis.

Erte apud me crescit tractatu ipso admiratio antiquitatis; c qtoq; maior copia herbarum dicenda restat: tanto magis adorare priscorum in inueniendo curam. In tradendo benignitatem subit. Nec dubie superata etiam videri posset rerum natura ipsius munificentia; si humani operis esset inuentio. Nunc vero deorum eam fuisse apparet. aut certe diuinam etiam cum homino inuenierit. Fandemq; omnium parentem genuisse hec: & ostendisse nullo vite miraculo maiore: si verum fateri voluimus

Ca. ii. de venenis.

Aconitum constat omnium venenorū oīissimum. Hoc tamen in usum humane salutis vertere antiquos. Scorpionum iictibus aduersari experiencingo aconitum datum vino calido. Ea est natura: ut hominem occidat: nisi inuenierit quod in homine perimat. Cum eo solo colluctatur, hec pugna est cum in visceribus reperitur. Mīrumq; exitialia per se ambo cum fuerint: duo venena in homine commoriuntur: ut homo super sit. Torpescunt scorpiones aconiti tactus ustupentq; pallentes & victos se confitentur.

Ca. iii. de eodem.

Pudendū omnia animalia que sint salutaria ipsis nosse p̄ter hominem. Maiores oculorū quoq; medicamentis aconitū misceri pmulsauere: apta p̄fessione: malū quidē nullū sine aliquo bono dicere

Folia habet ciclanū aut cucumeris non plura quattuor: ab radice leuiter hirsuta. Miothonon quidam appellauete: quoniam elonginquo odore mures necat.

Ca. iii. de alœ multa remedia.

V̄sus principalis aluuū solueret: cū pene sit sola medicamentorum que p̄ se id p̄stāt. Cōfirmat etiā stomachū: adeo ut nō infestet villa vis cōtraria. bibit dragma. Purgatōis etiā cā plurimū tribus dragmis. Efficacior si pota ea sumat cibus. Capillū fluentē cōtinet cū vino austero: capite in sole cōtra capillū puncto. Dolotē capitis se dat t̄pibus & frōti iposita ex aceto & rosaceo. Apriuatim puriginē & scabiem generū. Hemortoidū abūdantia leuiter sifit. Dissenterie infundit. Et si difficilius cōcoquani cibi bibit a cena modico inter uallo. Deuorantur pillule cum mellis decocto aut resina terebinthia ad purganda interiora. Digitorum ptergia tollit. Oculorum medicamentis lauatur ut quod sit arenosum subsidat.

*aconitū
mūrg na
cap*

Ca.vii.de absinthio

Absinthii genera : Santonicum appellatur : a gallie ciuitate : Ponticum a ponto : vbi pecora pinguescunt illo , & ob id sine felle resperiuntur . Herba celebrata sacris populi ro . peculiariter . In certamen quadrigarum victor : absinthium bibit . Bibitur decoctu aqua & postea nocte & die refrigeratum sub diu : decoctis sex dragnis foliorum cum ramis suis : in celestis aque sextariis tribus . Oportet & salem addi . Bibitur & madefacti dilutum : Ita enim appellatur hoc genus . Diluti ratio ut quisquis fuerit modus aque tegatur per triduum . Tritum rato in vsu est , sicut & succus expressi . Exprimi tur autem cum piuum semen turgescit madefactum aqua triduo recens aut siccum septem diebus . Deinde coctum in æneo vase ad tertias . Maliciam stomachi & inflationes discutit : cum sale & nardo gallico : aceto exigno addito , fastidia abstergit . Concoctiones adiuuat , cruditates expellit cum ruta & pipere & sale . Antiqui purgationis causa dabant cum marine aque veteris : sextario semis sex dragnias cum tribus salis & mellis cyatho . Efficacius purgat duplicito sale . Diligenter autem teri debet propter difficultatem

Quidam & in polenta dedere supradictis pondus . addito pulegio . Alii contra paralisis . Alii pueris folia in fico ut sic amaritudinem fallerent . facile theracem purgat cum iride sumptum . Aduersus inflationes caliduz paulatim sorbetur ex aqua iocineris eau : cum nardo gallico . Lienis cum aceto aut pulte aut fico sumitue

Aduersatur fugis ex aceto . Itervisco . Cicute ex vino . Et muris aranei mortibus . Oculorum claritati multu confert . Epiphoris cum passo imponitur aures eius decoctu vaporis suffitu sanat . Aut si manus sanies cum melle tritum . Vrinam ac menses ciunt . Tres quartuqz ramuli cum nardo gallico maxime eius radice una cyathis aque sex . Menses priuatum cum melle sumptum : & in vellere appositum . Vulnera recentia priuus aqua tangantur impositum . preterea capitis vlcera . Peculiariter illitus imponit : cum cypria cepta : aut cum fico . Sanat et pruritus .

Ca.viii.adhuc de absinthio & conferua

On dandum in febri . Nauseas maris areet in navigationibus . Inguinum tumorem in ventrali habitum . Somnos allicit olfactum , aut inscio sub capite positum . Culices ex oleo perunctos abigit . Et fumo si vratur . Attramentum librarium ex diluto eius temperatum litteras a muribus tuetur . Conferua appellata a conferruminando . Spongia aquarum dulcis

um est potius q̄ muscus aut herba villose densitatis atq; fistulose. Curatum ea scio omnibus fere ossibus confractis prolapsum ex arte alta putatorem: circūdata vniuerso corpori, quam suauis inspergentibus quotiens inarescat: raroq; nisi deficientem hierbam mutationis causa resoluentibus conualuissile credibiliſſceleritate

Ca.xii. De herba qui
cunciali & prospinaca.

Fere foliis duplo est maioribus q̄ ruta. Ramulis surculosis, crassitudine iunci. Gerit iuxta folia singulas quasi barbulas. Et in earū cacuminibus lapios candore & rotunditate margaritarum magnitudine ciceris. Duriciavero lapidea qua pediculis adhierant cauerulas habent & intus semen. Nascitur in italia. sed laudatissima in creta. Nec quidem inter herbas maiore miraculo inspexi. Tātus est decor velut aurificum arte: alternis inter folia cādicātibus margaritis, tam exquisita difficultas lapidis ex herba nascentis. His lapillis dragme pondere potis in vino albo calculos frangi. pelli q̄ constat & stranguriam discuti. Nec in alia herbarū fides est: V̄sus statim ad quancunq; medicinam natam.

Proserpinaca herba vulgaris est; eximiū aduersus scorpiones remedium. In q̄talibet lassitudine recreare defessis, etiam cum obmutuerit si subiciatur lingue. Si deuoretur: vomitionem sequi salutarem.

Capitulum yltimum de etate siue
duratione herbarum ac seminū.

Longissimo tēpore durat elaterium. Cameleon niger, xl. annis Centaurium non yltra, xii. Omnimini radicum vim effectus q̄ minutissimi fructus prius maturescit. Iteni seminū ante radice propter secum incisa. Resoluitur autem omnium vis: cōsuetudine, & de simunt prodesse cum opus est que cotidie in ysu fuere: eque q̄ noce re. Omnis vero herbe vehementiores effectuyiribusq; sunt in frigidiis locis, & in aquilonis. Item siccis.



Iber, xxviii, medicinas continet que sumuntur ex rebus viuentibus.

Prologus

Iste etant omnium rerum nature inter celum & terram na
 d scientium. Restabantque ex ipsa tellure fodiuntur si non
 herbarum ac fructuum tractata remedia; auferrent trans
 ueros ex ipsis animalibus que sanantur reperta maiore medicina
 Quin omnem insinuerimus operam licet fastidii periculum virgeat.
 quoniam ita decretum est: minorē gratie q̄ utilitatū vite respectū habere.
 Nec pauci apud grecos singulorum viscerum membrorumque; etiā
 sapores dixere: omnia persecuti usque ad resemina vnguius. Qua
 si vero sanitas sit ex homine feram fieri. Aspici humana exta ne
 phas habetur, q̄to magis mandi? Quis ista inuenit ostenta?
 Te cum enim res erit eueror generis humani monstrorumque artifex:
 qui primus ea condidisti. fecisti credo ne vita tui obliuisceretur.
 Quis inuenit singula membra mandere humana? Quis beneficia
 innocentiora fecit q̄ remedias?

Hoc quisque primum in remediis animi sui habeat: ex omnibus bo
 nis que homini tribuit natura: nullum melius esse tempestiu[m] morte
 in eaque id optimum: q̄ illam sibi quisque prestare poterit.

Ca. ii. An in medendo aliqua sit vis verbo
 rum. Et de vetustis observationibus q̄ ad
 huic sunt in populari yslu & opinione.

x homine remediōrum primū maxime q̄stiones & sēp incette
 e valeant ne aliquid verba & incantationes carminum. Sed
 viritim sapientissimi cuiuscumque respuit fides. In vniuersum ve
 ro omnibus horis hominis credit vita nec sentit. Quippe victimas
 cedisse sine precatione non videtur referre. nec deos rite consuli. Pre
 terea alia sunt verba impetrantis. alia depulsoris. alia commentati
 onis. Vidimusque certis p̄cationibus obsecrass̄ summos magistra
 tus. Et nequid verborum pretereat aut prepostē dicatur descri
 pto prete aliquē. Vestales nřas hodie credimus nō dū egressav̄ be
 mācipia fugitiua: retinere in loco p̄catōis. Q̄ si semel recipiat ea
 rō: deos p̄ces aliquas exaudire aut yllis moueri yrbis: confitēdū ē
 de totā cōiectatōe. Prisci quidē nři ppetuo talia pdidere. Tulliū
 hostilius regē ex Nume libris eodē quo illū sacrificio iouē celo de
 vocare conatū (quoniā parū rite quedā fecisset) fulmine ietū.

In angurū disciplina cōstat neque diras aues neque ylla auspicia p̄
 tinere ad eos qui quāquā rē ingrediētes: obseruare se ea negauerit
 Quo munere diuine indulgētie maius nullū est: Quin etiā & le
 gū ip̄ay in. xii. tabulis verbis sūt q̄ fruges excātasset. Et alibi q̄ ma
 llū carmē incātasset. Verri⁹ autores ponit quibus credat in oppu
 gnatōibus ante oīa solitū a rōnis sacerdotibus euocari deū: cui⁹ in

tutela id oppidum esset; promisq; illi eundem aut ampliorem locum apud romanos cultum ve. Durat in pontificum disciplina id sacrum. Constatq; ideo occultatum in cuius dei tutela roma esset ne qui hostium simili modo agerent. Desig i quidem diris deprecationibus nemo non metuit. Huc pertinet ut ouorū que exorbuit; quisq; calices colearūq; protinus frangi; aut easdem colearibus perforari. Hic teocriti apud grecos. Catuli apud nos p̄xime virgilli incantamentorū. amatoria imitatio. Dicit Homerus pro flum vulnérato femine: Vlīxēz inlubuisse carmine. Theophrastus Isgidiacos sanari. Cato prodit luxatis membris carmen auxiliari M. varro podagrīs. Cesarem dictatore post vnum ancipitem casum vehiculi ferunt semper ut primum consedisset (id quod pleros q; nunc facere scimus) carmine ter repetito: securitatem itinerum aucupari solitum. Licet hanc in partem singulorum cōscientiā arguere. Cur enim primum anni incipientis diem letis precationibus inuicez faustum ominamur? Cur & facinationibus adoratione peculiari occurrimus? Cur ad mensionē defunctorum testamur memoriā eorum a nobis non sollicitari? Cur impares numeros ad omnia vehementiores credimus: idq; in febribus dierum obseruatione intelligitur. Cur ad primitias pomorum hec vetera esse dicimus: alia noua optamus? Cur sternutamētis salutamus? Quin et absentes si unitu aurū presentire sermones de se receprū est. At talus affirmat scorpione viso si quis dicar duo: coliberi nec vibrare ictus. Alius saliuia post autem relata digito: sollicitudinem animi propiciat. Pollices cum faueamus: premere etiam puerbio iubemur. In adorando dextram ad osculum referimus totūq; corpus circuagimus. Quod in leuū fecisse: gallie religiosius credunt. Incendio inter epulas nominato aquam sub mensa effaudi. Ab hominamur recedente aliquo ab epulis: simul verri solum. Aut bibente conuiua: mensam aut repositorium tolli: inauspicatissimū est. Nam sternutamento reuocari ferculum mensam ve: si non postea gusterur aliiquid inter dira habetur. Omnino autem esse hec instituere illi: qui omnibus negotiis horisq; credebāt inter esse deos.

Cibus etiam e manu prolapsus reddebat: atq; permēas vestabantur mundiclarum causa destare. Et pagana lege in plurimis q; italie prediis caue: ne mulieres pet itinera ambulantes torquant fusos. aut omnino detectos ferant. quoniam aduersatur id omnium spei. precipue frugum. Carmina quedam extant contra grandines contraq; moiborum genera. Quedam etiam in partus. De his ut libitum cuiq; fuerit opinetur.

Ca.iii. Remedia ex homine contra magos.

Quorundam hominū tota corpora prosunt: ut ex his familiis que sunt terrori serpentibus tactu ipso leuant percusso succu ve modico. Hi in insula cypro. Ex qua familia legatus exagon nomine: a consulibus rome in dolio serpentum coniectus: experimenti causa circum mulcentibus linguis experimentum prebuit. Eorum sudor medebatur nedum saliuia. Nam in insula. Nili tentirii nascētes tanto sunt cocodrilis terrori: vt vōcem quoq; eorum fugiant. Horum omnium generum in sua repugnātia inter neutrum quoq; mederi constat. Sicut aggrauari vulnera interuentu eorum qui vni q; fuerunt serpentum aut canis dentibus lesi. Idem gallinarum in cubitus pecorum fetus aborsi viciant. A scorpione aliquando percussi: nunq; scabronibus postea vespis apibus ve feriūtur. Minus miretur hoc qui sciat yestem a tineis nō attingi que fuerit in funere. Serpentes egre preterq; leua manu extrahi.

Ca.iii. De quibusdam experimentis
et saliuia hominis. Et multis facilibus
remediis non adhibita materiali medicina.

Comicialem motbum tradunt sanari cibo e carne fere: occise eodē ferro quo homo interfectus sit. Omniprīmis ieunā saliuā cōtra serpentes p̄sidio esse docuimus. Falsinationes repercutimus sinistre dextreq; claudicatis occursu. Veniam quoq; diis spei alicuius auditoris petimus: in sinum spuēdo. Etiam eadem ratione terrena despuebre deprecatione in omni medicina mos est: atq; effici adiuuare. Incipientes furniculos ter presignare ieunā saliuā.

Nunc mirum dicemus sed experimēto facile. Si quem peniteat ictus: cominus eminus ve illati: & statī expuat medium in manum qua percassit: leuatut illico percussus a pena. Hoc sepe delumbata quadrupede approba: statim a tali remedio correcto animalis ingressu. Quidam vero aggrauant ictus ante conatum saliuā similis modo in manu gesta. Credamus ergo lichenas leprafq; ieuno ilitu assiduo arceri. Item limpidudines matutina velut cotidie vocatione. Ceruicis dolorem saliuā ieuni dextra manu ad dextrum popliteum relata: leua ad sinistrum. Si quod animal aurem intrauerit & inspuatur extre. Inter annileta est edite quēq; vtrine expuere. Similiter in caltiamentum dextri pedis anteq; induatur. Item cū quis transeat locum in quo aliquid periculum adierit. Rumpi ruberas & ranas sputo traditur. Offilius scripsit serpentes: si quis in hiatum earum expuat. Salpe torporem sedari quoq; membro in stupente: si quis in sinū expuat, aut si superior palpebra saliuā tan-

gatur. Nos hec credamus rite fieri. Morsus hominis inter asperos numeratur. Medentur sordes ex auribus. Ac ne quis miretur scorpionum istib[us] serpentiumq[ue] statim imposito, melius e percussis auribus prosunt. Ita & rediuua sanari. Serpentium istum coniusi dentis humani farina. Vitoruz capillus canis mortibus medetur ex aceto. Et capitū vulneribus ex oleo aut vino. Si credimus a reuulso cruci quartanis. Combustus eque capillus carcinomati. Pollex in pede preligatus proxio digito: tumores inguinū sedat. In manu dextra duo medii lino leuiter colligati: distillationes ac limpidudines arcent.

Sanguine ipsius hominis ex quacūq[ue] parte emissor[e] efficacissime anguinam illi tradunt. Esthines excrementorū cinere anginis medebatur. & tonsilis, yuisq[ue]. & carcinomatis. Multa genera morborum primo coitu soluuntur. primoq[ue] feminatum mense. Aut si non id contingat: longinque fiunt. & maxime comitiales. Oculo[rum] vicia fieri negant nec iippire eos qui cum pedes lauant: aqua inde ter oculos tangant. E ligno fulgere isto rejectis post terga manus demorderi aliquid ad dentem qui doleat admoueri: remedio esse produnt. Sunt qui precipiant dentem suffiri dente hominis sive sexus. Et eum qui caninus vocetur in sepulto exemptū adalligari.

Vlcera non serpere ex osse hois circucripta. Magorum hec commenta sunt. Inguinibus medentur aliqui licium teles detractum alligantes nouenis septenis ve nodis: ad singulos nominates viduā aliquam: atq[ue] ita inguina adalligates litio. Et clavum aliud ve quod calcauerit quis alligatum ipso iubent getere: ne sit dolori vulnus. Verrucas auellunt avice sima luna in limitibus suppini ipsaq[ue] intuentes, ultra caput manibus porrectis. Et quicquid cōprehenderint eo fricantes. Clavum corporis cum cadat stella si quis disstringat vel cito sanari aiunt. Cardinibus hostiorū aceto affusis lutum fronti ilitū capitidis dolore sedat. Siquid e pisce heserit fauci bus denussis in aquā frigidam pedibus cadere. Si panis hereat ex eodem in utramq[ue] autem addito pane. Quin & sordes hominis in magnis fecere remeditis.

Minus omittere cōuenit pendentes ab hominis animo medicinas. Abstinere a cibo nimio aut potu, alias vino tñi: alias carne: alias balneis: cum quid illorum postulet valitudo: in presentissimis rebus mediis habetur. Adnumerat excitatio intentioq[ue] vocis, vngue fricari cum ratione, vehemens enim fricatio spissat, levit mollit.

Equitatio stomacho & coxis utilissima, prisi navigatio, longis morbis locoru[m] mutatio. Item somno mederi sibi aut lectulo, aut

94

ara vomitione. Supini cubitus oculis conducunt : ac proni tus-
sibus. In latera aduersum distillationes. Aristoteles & fabianus
plutimum somniari circa vernum & antūnum tradunt magis q̄ su-
pino cubitu. ac prono nichil. Theofrastus celerius concoqui de-
xtri lateris incubitu. difficultius in suppinis. Solum quoq; remedio
rum maximum ab ipso sibi prestari potest. Sicuti linrheorum strig-
liumq; vehementia. Perfundere caput aqua calida ante balneas
vaporationem postea frigida : saluberrimū intelligitur. Item pre-
sumere cibos & interponere frigidam eiusq; poru somnos antece-
dere. & si liceat interrupere. Notandum nullum aīal preter ho-
minem calidos potus sequi. Ideoq; nō esse naturales. Metro ante
somnos colluere ora properet halitus : frigida aqua matutinis im-
pati numero : ad cauendum dentium dolores.

Ca. vi. Desternutamento gestis ac
nutibus & vine medicinis & iudiciis,

Ternntamenta bina grauedinē emendāt. Et si quis muco
f nates vt tradit osculo attingat : sternutamēta & singultū.
Ob hoc varro suadet palmā altera manu scalpere. Pleriq;
anulū e sinistra in longissimū dextre digitiū transferri. aut in aquā
feruentem manus imergere.

Ascidere grauidis vel cum remediū alicui adhibetur digitis pecti
natim inter se amplexis beneficium est. Idq; compertum tradūt al-
chmena herculē paciente. Peius si circa vnu ambo ve genua. Item
poplites alternis genibus imponi Ideo hec in cōsiliis ducum potē
statumve fieri vetuere maiores : vēluti omnem actum impedientia.
Vetuere vero & sacris votis similimodo interesse.

Capita aperiti in conspectu magistratum nō venerationis causa du-
xere : sed vt varro auctor est valitudinis : quo firmiora cōsuetudins
ea fierent. Cum quid oculo inciderit ; alterū comprimi prodest.
Cum aqua dextere auricule : sinistro pede exultare capite in dextrū
humerū inuicem e diuersa aure. Si tussis comitetur : ab alio sali-
uam in fronte ab ore afflari. In ceruicis dolore poplites si icari. aut
ceruicem in poplitū dolore. Pedes in humo deponi : si nerui in
his cruribus ve tendātur in lectulo. At si in leua parte id accidat : si
niste plante pollicem dextra manu apprehendi. Item e diuerso.

Extremitates aurium vel corporis velicatibus perstringi cōtra
horrores corporis sanguinem ve nariū immodicum. Lino vel
papiro principia genitalium femur medium ad prohibenda pro-
fluenta vrine. In lomachū solutōe pedes p̄ssare aut manū in feruēte
quam dimittere. Iam & sermoni parci multis decausis salutate

est. Triennio mecenatem accepimus silētium sibi impetauisse a cō
uulsione redditio sanguine. Nā e diuerso scandētesq; ac iacentes si
quid ingruat contra ictus spiritū cohibere salutare est. Quod inue
tum esse aialis docuimus. Clavū ferreū defigere quo loco primū
caput defixerit cornuēs morbo comitali: abs solutorū eius morbi dī
citur. Cōtra renū aut lumboꝝ vesiceq; cruciatus in balnearū foli
is pronos vrinam reddere: mitiga oriū habetur. Cōtra lippitudi
nes retro autes fricare pdest. Et lacrimosis oculis frontē. Augu
rium nō est in hominē timendi mortem in egritudine: qđiu oculo
rum pupille imaginem reddant.

Vrine impubium puerorū cōtra saliuas aspidū quas vocant ptiadas:
qm̄i venenū in oculos hominum expuant. Contra oculorū albu
gines obscuritates, cicatricē, palpebras, & cū eruī farina cōtra adu
stiones. Cōtra auriū pituitas: vermiculosq; si decoquaf ad dimi
dias partes: cum porro capitato nouo fistili. Vaporatioꝝ ea men
ses feminatum cit.

Veteri vrine si misceatur cinis ostreorū: aduersus eruptiones in cor
pore infantū: & oīa vlcera mananīa. Ea exesis ambustis sedis vi
tis tagadiis & scorpionū iētibus illinit. Obstetricū nobilitas nō
alio succo efficacius curari pronunciauit corporū pruritus nitro ad
duo ylceri. Capitū prurigines. Sua aut̄ cuiq; quod fas sit dixisse
maxime prodest. Cōfestim pfuso canis morsu esthinoꝝq; spinis in
herentibus: & in spongea lanis ve imposta: aut aduersus canis ra
bidi morsus cinere ex ea subacto. Cōtra serpentū ictus. Nā con
tra scolopendras mirum traditur vertice tacto vrine sue gutta libe
rari protinus lesos. Auguria valitudinis ex ea traditūt. Si
mare cādida: dein rufa sit illo modo cōcoquere: hoc concoxisse si
glificat. Mala signa rubre, pessima nigre. Mala bulantis & cras
se. In qua quod subsidit si albū est: significat circa articulos: aut vi
scera dolorē imminere. Eadē viridis morbū viscerꝝ, pallidabilis
Rubens sanguinis. Magi yetant eius cā cōtra solē lunāq; nudari:
aut vmboram cuiusq; ab ea respargi. Ostanes contra mala omnia
medicamenta promisit auxiliati: matutinis horis suā cuiq; instil
latam in pedem

Ca. vii. de tēmediis ex muliebris
capillis, lacte muliebri, saliuā men
struis, & ceteris ex muliere.

Lac mulieris in longa febre: celiacisq; vtilissimi, maxime eius
que infantē remouet. Oculo ab ictu ctruore suffuso: aut in dolore
aut epiphoris: si mulgeat plurimū prodest, magisq; cum melle, &

nati cisi succo aut thuris. Semper in omni usu efficacius esse eius quod mare peperit. Multoque efficacius que geminos mares. Et si vino certe quisq; actioribus abstineat. Mixto preterea ouoru candido liquore: madidaq; lana frontibus impositu: fluxiones oculoru suspen dit. Nam si rana saltua sua oculum asperserit: precipuum est remedium. Et contra mortuorum eiusdem bibif stillafq;. Qui simul matri filieq; lacte inunctus sit: liberari oculoru metu in tota vita affirmant. Auri quoque virtutis mede et modice admixto oleo. Aut si ab ictu dolent anserino adipe tepefactu. Et contra mortuorum regiu in oculis relictu: instillatur cum elaterio. Et contra insaniam que facta sit hostiari potu. Podagrism quoque iubent cum cicuta. Alii cum isopo & adipe anserino: qualiter etiam vulvaru doloribus imponit. Aluu silit potu ut rabius scribit. Et menses ciet. Eius vero que feminam enixa sit: ad vitia tamen in facie sananda valet. Pulmonu quoque incomoda lacte mulieris sanant. Cui admisceatur impubis pueri urina, & mel atticum. Omnia singulorum colearium mensura. Eius que mare peperit late gustato: canes fieri rabiosos negant.

Mulieris saliuaz iejune mederi oculis cruentatis. Et si contra epiphoras fetuotes anguli oculoru subinde madificant. Efficacius si cibo vinoque se pridie abstinent. Inuenio & fascia mulieris alligato capite dolores minui.

Abigi gradines turbinesque contra fulgura ipsi in mense conudatis sic auerti violentiam celi. In nauigando tempestates etiam sine menstruis.

Ex ipsis mensibus dira & ifanda vaticinans, ut indicanius. Equis dixisse non pudeat. Si in defectu lunes solis ve contingat vis illa: irre mediabile fieri. Non segnitus & in silente luna: coitus suos maribus exitiales esse: atque pestiferos. Purpuraz quoque ab his eo tempore pollui.

Quocumque autem alio mestruo: si nudate segete ambiat: erucas ac vermiculos scarabeosque ac alia noxia decidere. Metrodorus in capitulo inueni pedit ob multitudinem catarridum illas ire per media arua recte super clunes vestibus. Alibi seruat ut nudis pedibus eant: capitis pilis cinctuque dissoluto. Cauendum ne id sole oriente faciant fermentum enim arescere. Nouella vitis eius tactu impetu ledit. Runt & hederas illicomori. Certum est tactis alueariis apes fugere.

Equas si sint grauide visas aborsum pari. Quin & aspectu omnino quis procul visas: si purgatio illa post virginitatem prima sit. aut in virginitate spontanea. Nambitumen in india nascens sola hac via sponte superari. Et fila vestis contacterit docuimus: ne igne quidem vincantur quo cuncta. Cinere menstruorum: iumentorum omnium vel cera sanari certum est. addita caminorum farina & cera. Asp

rimaq; vim profluuii esse primis annis virginitate resoluta. Id quo
q; conuenit quo nichil libentius crediderim : tactis omnino men-
struo postibus irritas fieri magorum artes : generis vanissimi ut esti-
mate licet.

Ca.viii. De animalibus

peregrinis ut elephanto leone.

Eonis adeps cum rosaceo cutē in facie custodit a vitiis cā
doremq; seruat. Sanat adusta niuibus : articulorumq; tu-
mores. Magorū vanitates perunctis eo adipe facilior
rem gratiam apud reges populos ve promittunt. fel aqua adita cla-
ritatem oculis intunctis facit. Cum adip eiusdem connivales mor-
bos discutit leni gustu si protinus qui sumpsere cuius id digerant.

Cor in cibo sumptum quartanis medetur Adeps cum rosaceo
cotidianis febribus. Perunctos eo bestie fugiunt. Resistere etiā ins-
fidiis videtur.

Ca.ix. Medicinae cōmunes ex fetis
animalibus, aut eiusdem generis
placidis. lacte, axungia, sero, seno,
medullis, sanguine, cornibus, coagulis
ossibus, pellibus & cetera.

Maxime alit lac humanū, post caprinū, Stomacho accōmodatissi-
mum capriniū : quoniā fronde magis q; herba vescuntur. Bubulum
medicatiū. Oniū dultius & magis alit. Lac pb atissimū quod
vngue hieret: nec defluit. Innocētius decoctū. precipue cū calculis
matinīs. Aluus maxie solvit bubulo. Minus inflati quodcūq; de
coctum. Sanat vuas, lichenas. Ad oīa utile cōtusa aut luxata. Ma-
xime renes, vesicam. Interranea fauces, pulmones, foris pruritum
cutis. Eruptiones, pituita. Cibi aut potus abstinēria. Sunt inter
exempla qui asininū bibendo; liberati funt podagra chiragra ve-

Serum decoquunt ad tertias ptes & subdiuo refrigerat, bibitur
efficacissime per interualla: sanis diebus quinq; : a melācolicis co-
micialibus: paraliticis: lepris: elefantis: articulatis moibis. In-
funditur quoq; lac cōtra rosiones a medicamētis factas. Et si vrat
dissenteria: decoctam cū marinis lapillis. aut cum ptisana hordea
cea. Itēm cōtra rosiones intestinorū bubulum aut oniū vtilius.
Recens quoq; dissentericis infundit. Gai garisatur faecibus exul-
ceratis vtilissime, & bibitur ab ibecilitate vires colligētibus: quos
atrophos vocat. Infebri etiā q; careat dolore capitū. Pueris ante
cibū lactis asinini heminā dari cōuenit. Aut si exitu cibi rosiones
seniant: antiqui in atchanis habuere.

Bubuli serum orptonioicis prodest: ante ceteta addito nasturtio. In vnguntur etiā oculi in lactis heminis: sesami additis dragmis quat tuor in lippitudine. Captino lienes sanantur: post bīdū in mediā: tertia die hedera pastis capris: per tridū poto sine alio cibo. Sūlum vtilissimum tenasmo, dissinterie, necnon ptisicis.

Proxima in cōibus laus est adipi, & maxime suilo. Apud antiquos religiosus erat. Cetera nove nupte intrātes etiānum solēne habent postes eo attingere. Inuenetar dūobus modis, aut cum sale aut sincerus, tanto vtilior q̄to vestutior. Neq; est occulta viriū causa quoniam id aīal herbarū radicibus vestitur. Itaq; etiā simo innumerū usus. Quāobrem non de alia loquamur sue, multo efficaciore fēmina, & que nō peperit, multo prestatiō in aprī. Usus igitur axungie est: ad emolliēda: excalsaciēda: discutiēda: putgandaq;. Medicorum aliqui admixto anseris ad ipē taurorūq; feuo & ysopo ad podagras vti iubent. Si vero permanet dolor: cum cera mitto resina pice. Sincera axungia medetur ambustis vel niue. Prodest & confricatis mēbris. Itinerumq; lassitudines; & fatigatiōes leuat.

Ad tuſsim veteře recens decoquitur quadratis pondere: In vini cyathis tribus addito melle. Vetus etiā ptisim in pillulis sumpta sanat: q̄ sine sale inuenetata est. Omnino enī non nisi ad ea: q̄ purganda sint: aut que nō sint exulcerata: & calida recipitur. Quidā quadrates axungie & mulsi: in vini cyathis tribus: coquunt cōtra tuſsim. Quitoq; die: pīcē liquidā in otu ſumi iubēt: cui cūligatis lateribus & pectoribus & ſcapulis: eoru qui ptisim ſensiunt. Tantaq; est vis ut genibus etiā ad alligata: redeat in os ſapot. Eaq; expuere videt. Eſue que nō peperit aptissime vtūtūr, ad cutem mulieres.

Contra scabiem vero quis: admixto iumentorū feuo: pro pte tercia & pice pariterq; ſub feruesactis. Sincera partus in abortum vergentes nutrit colitri modo ſubdita. Cicatrices cōcolores facit: certa ad mixta vel argenti ſpuma. At cum ſulfure vnguiū ſabričias emendat. Medetur & capillo ſtuenti. Pauos sanat ilita cum calce. Item furunculos duriciēq; māinatum. Rupta & conuulsa & luxuta sanat. Püritus & papulas i balneo per vncis sanat ac tollit. His que ſerpāt ilitū cum reſia. Antiqui maxime axibus veſtigialorū per vngēdīs: ad facilitatē circuactū rotarū vtebātur. Vñ nomē. Sic quoq; vtili medicia cū illa ſerrugine rotaq; ad ſedis viciavilatatisq;. Et per ſe axūgiā medici antiq; maxie p̄babāt: renib⁹ de tractā. & exēm ptisyenis aq; celesti fricabāt crebro, decoq;bant. fīctili nouo ſepius. tum demum aſſeuātes. Maſſurius palmā dediſſe lupino antiquos tradit. Que ratio adipis eadē in his que rumimant ſeuī eſt, alii

modis non minoris potētie. Perficitur omne exemptis venis aqua marina vel salsa lotum, mox in pila tūsum aspersa marina. Crebro postea coquitur: donec omnis auferatur odor. Mox assiduo sole ad candorem adducitur. A renibus autem omne laudatissimū est. Si vero vetus retocetur ad curam liquefieri prius iubent. Mox frigida aqua lauari sepius. Dein liquefacere affuso vino q̄ odoratissimo; Eodemq; modo iterum ac sepius cogunt: donec virus euaneat; Multi priuatim sic taurorum: leonum: pantherarum curati iubent.

Comunis est ratio medularum, omnes molliunt, explent calfae sunt. Laudatissima ceruua, mox vitulina dem hircina & caprina. Curantur ante autūnum recentes lote, siccataeq; in umbra per crībrum. Deinde liquata per līnthea exprimuntur, ac reponuntur in fīcili locis frigidis.

Inter omnia cōmunia animalium fel prestantius effectu. Est enī vis eius excalfacere, mordere, scindere extrahere discutere. Minorū animalium subtilius intelligitur. Omne autem curatur: recens preligato ore lino crasso: demissum in frumentum aquam semi hora mox siccatum sine sole atq; in melle conditum. Damnatur equis tantū inter venena. Hicorum sanguini vis est: vt ferramentorum subtilitas non aliter acuatur aut induretur: aut scabritia polliatur vehementius q̄ lima.

Serpētibus exitio esse ceroos nemo ignorat. Et ex tractas cauernis mandant. Quin & odore cornus eius sugari: si vratur. At e summo gutture vīlis ossibus cōgregari dicuntur. Pelles eiusdem animales substracte: securos prestant ab eo metu somnos. Coagulū quoq; ex aceto potum ab iactu. Et si omnino tactum sit: eodie non ferit serpens. Testes quoq; eius inuerterati vel genitale maris salutiter dantur in vīno.

Ca. x. Medicine ex apris, capris
lupis asinīs. Iterū contra rabidos
canes venena, & alia.

Caprātū cornū vel pilis accensis: fugart serpētes dicunt. Cīncrēq; eorum potū vel lītūm cōtra iactus valere. Ipse lactis haustus cū vua aminea. Millia remediōrum ex eo aīali demonstrātur, quod equis dem miror cū febri neget carere. Democritus effectus auget eius qui singularis natus sit.

Siquis asino in aurē dixerit percussum se a scorpione: trāsite malū protinus tradūt. Venenataq; oīa accenso eius pulmone frigere. Canis rabidi morsi facta vulnera circūcidunt: ad viuas carnes, car nemq; vituli admouent. & Ius eiusdem carnis decocte dant potui.

aut axungiam cum calce tusam. Laudant hirci tecur. quo imposito
ne temptari quidez aque metu affirmant. Laudant & capre simum
ex vino ilitum aut melle. Ad reliquos bestiarum mortis caprinum
cafeum siccum cum origano imponut. & bibi iubent. Ad hominis
mortis carnem bubulam decoctam. Veneficiis rostrum lupi resistere
re inueteratum aiunt. ob idq; villarum portis prefigunt. Lupi vestigia
calcata equis afferant torpoem. His qui argentum vinum biberint: lat
dum remedio est. Asinino lacte poto venena restinguunt. Pecu
liariter si histiam potum sit: aut viscum: aut cicuta aut lepus ma
tinus. Meminisse oportebit recenti vtendu aut non multo postea re
pefacto. nullum enim celerius evanescit. Contra sanguissugas po
tas butirum remedio est: cu aceto ferro calefacto. quod & per se p
dest contra venena. Nam si oleum non sit: vicem eius representat.

Multipeduni mortis cum oleo sanat.

Papilio lucernis aduolatas iter mala medicamenta numerat. Huic co
trariu & tecur caprinum. sicut fel veneficiis ex mustella rustica factis.

Capitis ulcera manativa: urina tauri efficaciter sanat. Item hois ve
tus: si si claminum adicias & sulphur. Efficacius tamē vitulinum
fel. Quo cum aceto calfacto tolluntur & lentes. Senum vituli
cum sale tritum: capitis ulceribus utilissimum. Caprini cornus
faria a vel cinis: magisq; hircini addito nitro: & tamarisci semine:
et butiro oleoq; prius capite raso: mire continent. Ita fluenter ca
pillum. Lacte caprino lentes tolli tradunt.

Dentes mobiles confirmat ceruii cornus eius doloresq; eorum mit
tigat: siue inficetur siue colluatur. Sanguinem expuentes ceruii
cornus cinis aluūq; sifit. Quidā efficiatorē ad omnes dentium vsus
crudii cornus farinā arbitratur. Capitis leporum cinis dentifricium
est. Adiecto nardo mulcet graueletiam oris. Aliqui murmorū ca
pitum cinerem miscuisse mallunt. Talus bubulus accensus eos qui
labant cum dolore admotus confirmat. Eiusdē cinis cum mirra den
tifricium est. Ossa quoq; ex ungulis suum combusta eundem effe
ctum habent.

Equarū virus a coitu in lichiuis accēsum maxilans pdidit equorū
capitū visus representare mōstrifice. Similiter ex asinis. Nā hip
manes tātas in beneficio vires habet: vt affusum eris mixture: In ef
figiem eque olimpie admotos mares equos: ad rabiē coitus agat.

Taloru capre recentiū cinis dentifritio placet. Et omnī fere
villaticarū quadrupedū ne sepius eadē dicātur. Cutē in facie eru
gari: & tenerescere: & candorem custodiri: lacte asinino putat. No
tumq; est cotidie. yiii. c. numerum: fotere vxorem neronis pōpeam

Balnearum sic solio temperato: asinotū gregibus ob hoc eam co-
mitantibus. Impetus pituite in facie butiro ilito tolluntur. Effica-
tius cum cerusa. Sincero vero ea vitia que serpunt insuper imposi-
ta fauina hortacea. Vlcera oris & rimas: seu vitulinum vel bo-
uis cum adipe anseris & ocimi succo. Idem prestat & medula cum
resina. vel si vaccina sit. iusq; e carne vaccina.

Lacte bubulo aut caprino: tonfile & arterie exulcerate leuant. Gar-
garisatur tepidū vt est expressum aut calefactū. Caprinū vtilius
cum malua decoctū & sale exiguo. Lingue exulcerationi & arteria-
rum pdest ius omali si gargarisat. Tonsilis aut priuatim tenes vul-
pium aridi cū melle triti iliciq;. Vlcera butirum citissime sanat. Sto-
machum exulceratum lactis asinini potus reficit. Item bubuli. Pti-
stis medetur iecur lupi exyino & tussi. Fumi leporis cinis invinore
speri potus nocturnis tussibus. Pilli quoq; leporis suffici nocturnas
excreations pulmonis: pectorisq; graue oalentiam halitus butirū
efficacissime iuuat: cum pari modo mellis attici decoctum: donec
rufescat matitinis sumptum ad mensuram lingue. Si sanguis rei-
ciatur: efficacem tradunt bubulum sanguinem: modice & cum ace-
to sumptum. Nam de taurino credere temerarium est.

Ventrī dolore temptari negant talum leporis hūtes. Aluū sīstīt
ceruini cornū cinis. Equi fimiū cinis in aqua potus. Macresius femi-
ne heibis paste lardum. Adeps lupi ilitus in hisq; rumpere oportet
plurimū proficit. fimiū bubulum in cinere calefactū aut caprinū
invino vel aceto decoctū. Ambustis prodest vrsinus adeps cum li-
lli radiebus. Aprinū aut suilum fimiū inueteratū. Tali bubuli cinis
cum cera & medula certuina. fimiū leporis. Sed caprinum fimiū sine
cicatrice sanare dicitur. Glutinum prestatissimum fit ex auribus tau-
torū: & genitalibus nec quicq; efficacius pdest ambustis. Sed adul-
ceratur nichil eque. qui busuis pellibus inueteratis: calciamētis
q; etiā decoctis

Nerorum doloribus fimiū caprinū coctum aceto cum melle: vtilis
sumum putant: vel putrescente neruo. Spasmata & percussu vitia-
ta: fimo aprino curant: vere collecto & siccato. Sic & quadrigis agē-
dis tractos tota ve vulneratos & quoquomodo sanguine contuso:
vel si recēs iliniatur. Sunt qui id coxisse aceto vtilius putent. Qui
& in potu farinā eam. iuptis conuulneratisq; & euersis: ex aceto sa-
lutarem pmittunt. Reuerentiores cinerem eius ex aqua bibunt. fe-
runtq; neronem principem hac potionē recreari: cum sic quoq; se
trigario approbare velle.

Scabiem hominis asinine medule maxime abolēt. Urine eiusdē cū

suo luto ilite, butirū etiam quod in iumentis p̄ficit cū calida. Cum scabies sanat sanguine bubulo recenti iterūq; cum inarescat ilito. Et postero die abluto cinere lixiuio. Carnem vituli si cum ati stologia inassata edant circa conceptū mares parituras promittunt.

Profluuiū q̄uis immēsum vrina capre pota s̄isti obtētrices p̄mitunt. Et si firmum ilinat. Infantibus nichil butirovilitus: p̄ se & cū melle p̄luatim & in dētitione: & ad gingiuas: & oris vlcera. Pel lis asinina iniecta infantes impauidos facit. Dētes qui equis primi cadunt facilem dentitionem prestant infantibus colligati. Dens lupi adalligatus infantium pauroes prohibet, dencīētiq; morbos. Quod & pellis lupina prestat. Dentes quidem eorum maximi egs quoq; adalligati infatigabili cursum prestare dicuntur. Somnos fieri lepore sumpto in cibis cato abittatur. Muris fimo ilito, p̄libetur virorum venus.

Butirum largius sumptum: celiacis & dissentericis medetur, Iecur vacinum. Cornus ceruini cinis tribus digitis captus in potionē aq; Vituli ius vulgariter datū inter auxilia celiacorū & dissentericorum tradunt. Lactis asinini potus vtilior addito melle. Nec minus effi cax fimi cinis ex vino vtricq; vtitio. Et lactis bubuli decocti potus. Dissentericis mellis aliquid addi precipiunt. Si tormina sint: cornus ceruini cinerem cymino mixtum. Caseus recens vacinus: immittitur ad vtrumq; vitium. Canctores sanguine caprino: cum fastina hordeacea & resina: ventrem iliniunt in tormentibus. Ad omnes epiphoras ventris caseum ilini mollem suadent. Veterem in farina tritum: celiacis & dissentericis dari: cyatho casei in cyathis vniūtibus. Tenasmos tollitur poto lacte asinino. Item vacino. Fē minum imperui & suppurationi prodest: vrina asini cū melanthio & vngule equine cinis cuni oleo & aqua. Et sanguis bubulus. Item fel. Caro quoq; eosdē effectus habet: calida imposita. Et vngule cinis ex aqua & melle, fimus caprarum in melle decoctus. Vrina suum in lana imposita. Femina aeteri aduricq; equitatu notum est. Ut ilissimum est ad omnes inde causas: spumam equi ex ore inguis nibusq; illinit.

Clauos & rimas calliq; vitta: fimum apri vel suis recens ilitum ac tertio die solutum sanat. Talorum cinis, pulmo aprinus aut suis aut ceruinus. Clauos seuum bubulum cum thuris polline. Perniones corium vstum, melius si ex vetere calciamento.

Articularū atritis fel aprorū vel suū lintheo calefacto impositū. Vt tūc qui nūg herbā gustauerit fimum. Itē caprinum cum melle & acero coctū. Vngues scabios seuū vituli emēdat. Verrucas tollit

vitulini fimi cinis ex aceto. Asini vrlne lutū. Regio morbo cornu
cerui cinis, fimum asini pulli quod primū edidit a partu: dat ū fa-
be magnitudine e vino: medef intra tertiu diem. Idem ex equino.

Fractis ossibus presentaneus maxilarū apri cinis vel suis. Itē lat-
dum elixum atq; circūligatum mira celeritate solidat. Ptisicis me-
dentur iecur lupi ex vino. Macte suis femine herbis paste lardum;
Carnes asininae ex iure sumpte. Hoc genere maxime ī achaia curāt
id malum. Bubuli cornus mucronem exstū: duog̃ coleariū mē-
sura: addito melle pillulis deuoratis. Lupi & capre seuī cyathio:
vel lactis pari mēsura: deploratū ptisicū cōualuisse certus auctor ē

Sunt & qui suū fimi cinerē profuisse dixerunt in passo. Igni sacro
vitulinū fimiū recens vel bubulū. Ruborem cū prūgine: equi
spuma: aut vngule cinis. Pustulis suili fimi cinis aqua illitus vel cor-
nus ceruini cinis

Ca.xi.mira de animalibus

Vestigium equi excussum vngula: si quis collectū reponat sin-
gultus remedii esse: recordatibus quonā loco id reposuerint. Ie-
cūr luporū equine vngule simile esse. Rūpi equos quivestigia lupo-
rum sub equite sequant̄. Nullas carnes teredinē sentire luna de-
crescente induratā sale. Leporē surdū celerius pinguescere. Si sā-
guis pfluat iumētis sulū fimiū ex vino infundendū. Gallinaceos
non aringia vulpibus: qui iecur animalis eius aridū ederint: vel
si pellicula ex eo galli collū induatur. Similia infelle mustele. Lu-
pos in agrū non accedere: si capti vnius pedib; fractis: cul: roq;
adacto: paulatim sanguis circa fines agri spargatur: atq; ipse de-
fodiāt; in eo loco ex quo cepert̄ trahi. Aut si vomerē quo primus
sulcis eo anno in agro ductus sit: excussum aratro focus larū quo
familia conuenit absūmat. Ac lupum nulli animalium nociturnum
in eo agro qđiuid fiat.

Finis libri. xxviii.



Iber, xxix, continet originem medicinę & abusus ite-
runiq; & quorundam medicinaz profitentium abusus
medicinas tractat ex his que ab aīalibus proueniunt

Ca.i.medicinā profitentes imperi-
tos vituperio afficit. eosq; qui medi-
cinas nisi multe compositionis&
multi precii non probant.

Mirum & indignum subit nullam artū medicina incōstantiorē fuisse. Et nūc sepius immitari: cū sit fructuosior nulla. Diis primū inuentores suos assignauit & colo dicauit. Necnon & hodie multis faria medicina petīt. Auxit deinde famameritā criminē: fulmine iētū esculapium fabula: qñi tindaridā reuocasset ad vitam. Seqn̄tia eius mirū dicta in nocte densissima latuere: vſq; ad peloponēsiacum bellum. Et tunc reuocauit eam ipocrates.

Exortus est deinde vectius valēs adulterio messaline clauditi ce satis nobilitatus: pariterq; eloquētie assectator. Is nouā potentiam natus nouā instituit sectā. Crinas massiliēn. arte geminata: vt can tior religiosiorq; ad siderū motus ex ephemeride mathematica: cibos dando horasq; obseruādo: auctore ei precessit. Nuperq; sex tertia centum reliquit muris patrie. menibusq; aliis reliquit nō mi nori summa extructis. damnatis prioribus medicis. Necnon & balnets: frigida hiberius algoribus lauari persuasit. mersit egros in lacus. Videbamus senes cōsulares: vſq; in ostentationē rigentes Nec dubiū est oēs istos: nouitate aliqua: aucupātes animas statim nostras negotiari. Hinc ille circa egros miserere sententiarē cōcer tationes: nullo idē censente: ne videatur assertio alterius. Hinc illa infelicit̄ monumēti inscriptio. turba se medicorū perisse. Muttatur ars cotidie: & ingeniorū grecie flatu impellimur. Palāq; estvt q̄s inter istos loq̄ndo polleat. Imperatorē vite nostre necisq; fieri

Ceuvero non millia gētiū siue medicis degant: nec tñ siue medici na. Sicut populus. ro. vltra sexēsimū annū. neq; ipē in accipiēdis attributus lento: medicine vero auidus: donec expertam damnauit: Ait cato qñi hec gens grecorum litteras suas dabit omnia corrumpet. tunc etiam magis: cum medicos suos hoc mittet. Iurarunt in ter se: barbos oēs necare medicina. Sed hoc ipm mercede faciunt ut fides eis sit. & facile disperdat. Subicit qua medicina ipse vſsus sit. & se coniugem vſq; ad longam etatem perduxerit: his scilicet que nos trademus.

Auctoritas medicine aliter q̄ grece tractantibus: etiam apud impe ritos ex partesq; lingue non est. Ac minus credunt que ad salutem suam pertinent: si intelligunt. Itaq; in hac artium sola euēnit ut cut cūq; medicum se profitenti statim credatur: cum sit periculum in nullo mendatio maius. Non tamen illud intuemur: adeo blāda est spirandi per se cuiq; dulcedo. Nulla est preterea lex que pumi at in scitiam capitalem. nullum exemplum vindicte: discunt per culis nostris. Et experimenta per mortes agunt. Medico tantū hominem occidisse summa impunitas ē. Vlro qui perire arguunt

et intemperantia culpantur. Qui de nummo iudicet: a gadibus columnis vel herculis accersit. Nemini uerostru libet scire quod saltus sue opus sit. Alienis pedibus ambulamus. alienis oculis agnoscamus. Quid venenorū fertilius aut unde testamētorū plures in fidie? Iam vero & adulteria in principum domibus etiam: ut eiusdens in liuis drusi cesaris.

Tiriace vocatur excoigitata cōpositio luxurie, fit ex rebus externis cū tot remedia dederit natura q̄ singula sufficerent. Metridatū ex rebus. litii, antidotū cōficitur. Ostenatio artis & pdigios scientie vendicatio maiifesta est. Ac ne ipsi quidē nouere Comperiq; vulgo p̄cinabri indica in medicamenta miniu addi inscīcia nominis qd̄ venenum est. Prodita etiam ex cinere fenicis nido q̄ medicina

Contra attonitas quotundam p̄suasiones: qui prodesse nisi preciosā non putat. Neq; dubitarim aliquibus fastidio futura que dicent animalia. At nō virgilio nephias fuit noīare formicas nulla necessitate. Non homero inter prelia deorū: improbitatē musce describere. Quisq; causas & effectus non res estimet.

Ca.ii.de lanis earū
q; medicina,

Succide prestant medicinam ex oleo vinoq; aut aceto: prout queq; mulceri moderari opus sit: & astringi laxari ve. Itxatis membris dolentibusq; nervis imposite & crebro suffuse. Quidam etiā salem ad miscent luxatis. Alticū lana ruitam tritā ad ipēq; imponunt. Item contusis tumentibusq;. Laudatissima omnis e collo. Sanguinēq; sifit ex ariete succida: articulos extreminatū preligans. Succidas imponunt destamatis, percussis, luidis, contusis, collisis, contritis delectis. Capitis & altis doloribus stomachi inflamatio ex aceto & rosaceo. Cintis eius ilinitur attritis, vulneratis, ambustis. Item ad ditur in fistulas auresq; suppuratas. Ad hec detonsā eā, alii euul sam decisim summis partibus siccant. Carpuntq; in fistulis crudo cōponunt ac melle profundunt yirūq;. Alii hastulis tede subiectis & subinde interstratis oleo aspersaz accendūt. Cinerēq; in labellis aqua addita confricant manu & coactdere patiuntur. Idq; sepius mutantes aquā donec singuā astringat leviter nec mordeat. Tunc cī netem reponunt. Vis eius stiptica est efficacissimeq; genas purgat.

Ca.iii.de ovis in
finitas virtutes.

Oua per se infuso candido oculis: epiforas cohident, vrentes p̄ refrigerant. Infantibus yix aliud remediū est contra lippitudinē

nes: ad mixto butito recenti. Eadem cum oleo trita ignes factos levant: bete foliis super alligatis. Ipsa facies ilita sole non aduritur.

Ambusta aquis si statim ouo occupentur: pulsulas non sensiunt. Quidam admiscent farinam hordeaceam & salis parum. Ulceribus vero ex ambusto cum candido ouorum: iostum hordeum & suilo adipe mire prodest. Eadem curatione ad sedis vittia vtuntur.

Prodest & tussientibus per se deuoratum luteum liquidum: Ita ut dentibus non attingatur. Thotacis distillationibus, fauciū scabritie. Priuatim contra emortoidum morsus iliniuntur: sorbeturq; crudum. Prodest & renibus, vesice rosionibus exulcerationibus q; & cruenta excreantibus. Quinq; ouorum lutea in vini hemina cruda soibentur a dissintericis: cum iure putaminis sui; & paupleris succo autvino. Dantur celiacis lutea ouorum trium; latidi veteris & melle quadranibus. Vini veteris ciathis trita ad crassi tudinem mellis: & cum opus sit auellane nucis magnitudine ex aq; pota. Item ex oleo fricta totis ouis pridie maceratis in aceto. Sic & ilita lienicis. Sanguinem autem reclientibus cum tribus ciathis mixti, Sistunt & menses mulierum cocta & ex vino pota. Vivilio ra sunt & ceruicis doloribus cū anserino adipe & rofaceo. Membrana putaminis detracta siue crudo siue decocto labiorum fissuris medetur. Putaminis cinis in vino potus sanguinis eruptionibus. Comburi sine membranis oportet sic & fit dentifricium. Firmitas putaminum tanta est ut recta nec vi nec pondere villo frangatur, nec nisi paululum inflexa rotunditate. Ad puris & sanguinis excretiones ouum crudum cum porri sectiui succo: pariq; mensura mellis greci calefactum hauritur. Dantur & tussientibus cocta & trita cum melle. & cruda cum passo oleiq; pari modo: In funduntur & virilitatis vittis singula: cum ternis passi ampli semuntia a balneis. Cibos quot modis iuuent notum est cum transmittat fauitum tumore calfactuq; obiter foueant. Nullus est aliis cibus qui in eruditudine alat: neq; oneret. Simulq; vini usum & cibi habeat. Maceratorum in aceto molliri diximus putamen. Talibus cum farina in pane subactis celiaci recreantur: Quidam ita resoluta in patinis torrei vtilius putant. Quo genere non aluos tantum: sed & menses seminarum sistunt. Aut si maior sit impetus: cruda cum farina ex aqua hauriuntur. Et per se lutea ex his decocta rursum in aceto donec durescant. Fit & dissintericis remedii singulare: ouo effuso in fictili novo: eiusq; oui mensura ut paria sint oia melle mixto mox aceto. Itē oleo confusis ctebroq; pmixtis

quo fuerint ea excellētiora: Hoc presentaneum remedium est. Alii eadem mensura pro oleo & aceto resinam adiciunt rubentem, vinū q̄ & alio modo temperant olei tantum mensura: pari pineiq̄ corti cis duabus sexagesimis denariorum. Et nequid desit ouorū gracie: Candidum ex his admīxtum calci viue glutinat vitri fragmen ta vis vero tanta: vt lignum perfusuz ovo non ardeat. Ac ne vestis quidem cōtacta aduratur. De ouis gallinarum tantū locuti sumus.

Ca.iii. De multis medicinis ex
canibus gallinaceis, fimo &c.

Canum catulos lactantes adeo puros existimabant ad cibū: vt etiam placandis Numinibus: hostiārum vice vterentur his. Genitormane catulo res diuina fit. & in cenis etiam de orū imponitur. Catulina etiam addita talib⁹ quidem epulis celebres fuisse plauti sas bule sunt indicio. Sanguine canino contra toxicā nil prestati⁹ putatur. Cor caninū habentem fugiunt canes. Est vermiculus in lingua canum quo remoto infanrib⁹: nec rabidi siunt: nec fastidiū sensiunt. Idem ter igni circūlatus datur morsis a rabioso: ne rabidi fiant. Et cerebello gallinaceo occurritur. Sed id deuoratū anno tantum prodest. Aiunr tritam galli efficaciter imponi. Et anseris adipem cum melle. Saliuntur & canes eorum qui rabidi fuerunt ad eadem remedia in cibo dandi. Prodest & fīmū gallinaceum: dum taxat ruffum ex aceto datum imponendo. Gleba ex irundinis nido ilita ex aceto. Membrana siue senectus angniū: vernatione exuta cū cancro masculo trita. Nam & per se imposita in arcis armariis tineas necat. Qui in vrinam canis suam inges ferit: torporem lumborum dicitur sentire. Aduersus serpentū ictus firmus pecudis efficax habetur recens: vino decoctus ilitusq̄ Carnibus gallinaceorū ita vt tepebunt zuulſis: appositis venena domantur serpentium. Item cerebro in vino poto. Parthi galline mallunt cerebrum imponere. Ius quoq̄ ex his potum preclare medetur. & in multis aliis vſibus mirabile. Panthere leonesq; nō attingunt perynctos eo precipue si allium fuerit in coctum. Alium solvit valdius e veteri gallinaceo. Prodest & contra longinquas febres. Et torpentibus membris: tremulisq; & articularis morbis: et capitis doloribus. Epiphoriis inflammationibus fastidis: Incipienti tenacissimo iocineri vesice. Contra cruditates suspitia. Itaq; etiam faciendi eius extant precepta. Efficacius enī cocti cum oleo marino: aut capari: aut appio: aut herba mercuriali: polipodio aneto. Vt il·lime autem in congils tribus aque: ad tres heminas cū supradictis herbis, & refrigeratū sub diuo dari: aīte yomitione.

Siauro liquefcenti gallinarum membra misceantur; consumunt si
lud in se. Ita hoc venenum auri est. At gallinaceis ipsis e sarmen-
tis circulo addito collo non canunt. Auxiliatur contra serpentes
et columbarum caro recens conserpta.

Muris aranei morsus sanatur; vngule arietine cinere cum melle.

Ipse mus contra se remedio est diuisus & impositus. Optimū
si is imponatur qui momordit. Sed & alios vsus seruat in oleo aut
lino circūlitos. Est & contra morsum remedio terra ex orbita, fe-
runt enim non transiri ab eo orbitam: torpore quodam nature.

Gallinarum fīnum dūtaxat candidum in ysopo decoctuꝝ aut
mulso: venena fungorum boletorumq; constringit. Item infla-
mationes ac strangulationes quod miramur: cum si aliud animal
gustauit hunc fīnum: tormentibus & inflationibus afficiatur. Con-
tra venena omnia: ciconiatū ventriculus valet. Coaguluꝝ pecoris.
Canis ius e carne arietum priuatum aduersus cantaridas. Colum-
barum aggreſtum fīnum: ptiuatiū contra argenti vini potum.

Ca.v. Ad allopetias tollendas.

tingendos pilos reddendosq; passiones
oculorum, aurium, & reliquas.

Alopetias: cinis e murium capitibus caudisq;: & totius muris
emendat, precipue si beneficio acciderit hec siuria. Item herinacei
cinis cum melle. Aut corium cōbustum cum pice liquida. Caput
quidem eius v̄stum: etiam cicatricibus pilos reddit. Alopetias au-
tem in ea curatione preparati oportet nouacula & sinapi. Lacerte
quoq; combuste cum radice recentis arūdinis. que vt vna cremeri
possit minutatim findenda est. Itemq; in mirto oleo permixti cine-
res: capilorum deflnua continent. Efficacius virides lacerte ea-
dem omnia prestant. Etiānumvtilius amixto sale & adipe v̄fino,
et cepatusa. Quidam tamen denas virides in.x. sextariis olei vete-
res: discoquunt contenti semel in mense vngere. Pellium vi-
perinatum cinis allopetias celerrime implet. Item gallinatuꝝ fīnum
recens ilitum. Corui omnes in ereo vase permixtuꝝ ilitūq;: deraſo
capite nigritiam capilis affert. Sed donec inarescat oculum ore tenē-
dum: ne & dentes simul ingescant. Idq; in umbra faciendū est &
ante triduum neqq; abluendum. Alii sanguine & cerebro vtunt
in vino nigro. Laudant galline fel, sed precipue adipem cōtra pu-
stulas in pupilis. Has scilicet eius rei gratia sagināt. Fīnum quo
q; eārum dūtaxat candidum aſſeruant: in oleo vetere corneis pixi-
dibus: ad pupilarum albugines. Qua mensione significandum est
pauones fīnum suum resorbere: Inuidentes hominū utilitatibus:

Fimū accipitris ciuis cum aucto melle: efficax ad inunctiones in omnibus vitiis oculorum. Laudatur & milui fecur. Fimū coluborus ad egiopas: si r̄ ad albugines & cicatrices. Fel anseris sanguinis anatū cōtusis oculis: ita vt postea melle & ysopo inungātur. Fel perdicū cum mellis equo pōdere: p se vero ad claritatē. Colubārum: turtrū: palūbium: pedicū sanguis: oculis crōore suffusis eximi me prodest. In colubis masculū efficaciorē putant. Vena autē sub ala ad hūc ysum incidit: qm̄ suo calore utilior est. Superponi oporet spleniū ē melle decoctū: lanāq; succidā ex oleo & vino. Ea rūdē autum sanguis noctilopas sanat. Et fecur ouium. atq; vt in capris dixim⁹ efficacius fulue. Decocto quoq; eius oculos abluere suadet. Et medula dolores liuoresq; iliuunt. Turturis fimū albugines extenuat. Itē coclearū cinis. Mel ytilissimū oculis in quo sunt apes immortue. Scarabei viridis natura: coutuentiū ysum exacuit. Itaq; gēniatum sculptores: cōtuit eorū acquiescūt. Aures purgat fel pecudis cum melle. Caniniq; lactis instillatio sedat dolorē. Grauitatem adeps cū absinthio & oleo vetere. Itē adeps anserinus Quidam adiciūt succū cepis & allii parimō. Utunq; & per se ouis formicarū. Namq; & huic aiali est medicina. Constatq; ylos egros hoc cibo sanari.

Anserum & oīm auīū adeps: preparat̄ vt predictū est. In fīstili nō uo repositū loco frigido: minus putreficit addito sale & melle. Mūtūm cinis cū melle instillatus: aut cū rosaceo decoctus: auriū dolores sanat. Si aial aurē intrauerit: precipiū remediū murinū fel aces- to dilutū. Si aqua intrauerit adeps anserinus cum cepis sueco. Gli- ris detracta pelle intestinisq; exēptis: decoquif melle invase nouo. Sed medici mallūt nardo decoqui. vscq; ad tertias atq; ita effeuari. Deinde cum opus sit strigili tepes acta infundere. Cōstat deplorata aurium viria: eoremedio sanari. Aut si terreni vermes adipe an- seris decocti infundātur. Itē ex arboribus rubi cū oleo triti: exulce- ratis & ruptis autibus preclare medentur.

